

A T V T A T 2

I

STATVTA SALINAE

CIVITATIS MUTINAE.



Nos Nicolaus Marchio Estensis &c. Attenden-
tes quòd Salina nostra ciuitatis nostræ Muti-
næ, & ipsius Salinæ officium in certis quibus-
dam capitulis, ordinibus, & obseruantijs con-
gruis, honestis, & condignis, tam ex laudabi-
li exercitio, & gubernatione, quàm pro subdi-
torum nostrorum opulentia, & suis necessita-
tibus, prouisione conuenientiam extitit gubernatum lauda-
biliter. Et considerantes, quòd aliquales dubietates super
ipsorum capitulorum, & ordinum obseruantia extiterunt,
causatae ab ijs, qui aliter, quàm in ueritate sonarent, & sonent, in-
terpetari ausi sunt. Volentes ea, quæ regimini nostro subiecta
sunt, non aliter quàm debitum sit exerceantur, nec contra debitam
interpretentur honestatem. Propterea ipsos ordines, & capi-
tula cum illis additionibus, & declarationibus, quæ pruden-
tum nostrorum consilio digestæ sunt, præsentibus literis no-
stris, ea scilicet, quæ obseruari uolumus, inseri fecimus in hunc
modum, uidelicet.

PRIMO: quòd quælibet persona ad præsens habitans, uel quæ in
futurum habitabit in Ciuitate, territorio, & districtu Mutinæ,
cuiuscunq; conditionis, status, sexus, gradus, uel præminentia
existat, terrigena, uel forensis, tam solita obedire dictæ Ciuitati
Mutinæ, & præfato dominio nostro, quàm cuicumque nobili,
Castellano, adherenti, & supposito Illustri, & excelso Domino
nostro D. Nicolao Marchioni Estensi, pro fortilitijs, Castris, &
Villis, quæ per ipsos Castellanos in dicto territorio, & districtu

A

S T A T V T A

gubernantur: teneant, & debeant, tam pro sua familia, quam pro bestijs suis, uti sale præfati domini nostri sibi dando, & uendendo per officiales ad Salinam Mutinæ pro ipso domino deputatos, & deputandos, & non alio sale aliunde conducto, uel conducendo: sub pœna librarum uiginti quinque march: Camera ipsius Domini nostri in Mutina, applicanda, & ipso facto irremissibiliter exigenda per officiales dictæ Salinæ a quolibet contrafaciente toties, quoties fuerit contrafactum.

2 Et: quod aliquis habitans ad præsens, uel qui in futurum habitauerit in territorio, uel districtu Mutinæ, non audeat uel præsumat habere, seu tenere in domo propria, uel conducta, uel in aliquo alio loco, palam, uel occultè alium salē, nisi tantum de sale dictæ Salinæ Mutinæ sibi dato per dictos officiales ipsius Salinæ: sub pœna librarum uiginti quinque march. & perdeni salē; applicanda ut supra, & exigenda ubilibet, a quolibet contrafaciente, & qualibet uice fuerit contrafactum, & tam ab eis qui salē dederint, quam ab eis, qui illum acceptauerint.

3 Item: quod aliqua persona terrigena, uel forensis, non audeat, uel præsumat conducere, uel cōduci facere per se, uel alios, directè, uel indirectè de aliquibus partibus, seu locis forensibus intra territorium, & districtum ciuitatis Mutinæ, tam locorum suppositorum dicto domino Marchioni, quam alicui nobili, uel castellano, aliquam quantitatem salis in magna, uel modica quantitate: sub pœna librarum centum march. & in amissione salis, curuum, bouum, mulorum, equorum, asinorum uel aliarum bestiarum, & nauium in quibus dictus sal ubilibet conducetur, quarum pœnarum, & condemnationum rerum prædictarum sic repertarum, dimidia perueniat, & peruenire debeat Camera dicti domini nostri in Mutina; & alia dimidia applicetur accusatoribus dictorum contrabannorum, & quilibet etiam qui conduxerit, & non repertus fuerit cū dicto sale in contrabannū conducto, possit accusari officialibus dictæ Salinæ, & quilibet accusator simili modo habeat, & habere debeat dimidiā dictæ pœnæ, ac cōtrabāni, toties quoties fuerit contrafactū, quæ per dictā Camera, seu officiales dicti dñi exigi, uel haberi cōtigerit.

4 Itē: quod licitū sit dictis officialibus, & suis nuntijs quibuscunq; posse intrare, & intrari facere in domibus cuiuscunq; personæ

S A L I N A E

næ proprijs, uel conductis, & in quolibet loco dictæ Ciuitatis Mutinæ, suisq; territorij, & districtus. si in eis esset de alio sale, quam de sale sibi dato per officiales dictæ Salinæ. Et quod quælibet persona habitans, uel quæ in futurum habitabit ubilibet, teneatur, & debeat permittere ipsos officiales suosq; nuntios circare, & circari facere domos, & loca quæcunq; ad omnem dictorum officialium, & nuntiorum suorum beneplacitū: sub pœna ducatorum centum auri, applicanda camera præfati Domini Marchionis in Mutinæ, exigenda a quolibet contrafaciente, & pro qualibet uice, & in hoc credatur sacramento circatoris cum uno teste omni exceptione maiore. Volentes tamen quod dicti officiales, & nuntij sui in intrando ubilibet honesto modo se gerant. Et ultra pœnam prædictam, quod quilibet prohibens prædictos officiales, & nuntios suos circare ubilibet, etiam capi possit, & detineri carceratus in carceribus Communis Mutinæ per unum mensem.

5 Item quilibet pater familias, seu caput domus habitans, uel qui in futurum habitabit in dicta ciuitate Mutinæ, suisq; burgis, & Villis obedientibus cuiuscunq; conditionis, status, sexus, gradus, & præminentia existat, terrigena, uel forensis teneat, & debeat omni anno per totum mensem Ianuarij, dedisse in scriptis officialibus dictæ Salinæ Mutinæ omnes personas de sua familia, tam masculos, q̄m foeminas, nominando quamlibet personam suo nomine proprio, & cuius ætatis erit; quamuis sal non debeat dari pro paruulis a quinque annis intra: sub pœna librarū decē march. pro qualibet bucca celata, seu quæ omissa, uel non data fuerit in scriptis omni anno per totum mensem Ianuarij: applicanda Camera præfati Dñi Marchionis, & ipso facto irremissibiliter exigenda per officiales dictæ Salinæ a quolibet contrafaciente. Quam pœnam dicti officiales exigere teneantur, & debeant, & pro ipsa exigenda grauare, & grauari facere possint realiter, & personaliter quemlibet contrafacientē, & per quemlibet de sua familia.

6 Et insuper pro indemnitate dictæ Salinæ: quod quilibet Capitaneus cinquantinæ dictæ Ciuitatis Mutinæ, & quilibet Massarius dictarū Villarum obedientium cū suis notarijs deputatis, teneatur, & debeat omni anno in dicto mense Ianuarij ire de domo in domum, personas cinquantinas, & Villas prædictas

describendo, ac describere omnes familias dictarum cinquantinarum, & uillarum & quolibet de ipsis familijs, tam masculum quam foeminam, & cuius ætatis sint, nominando quælibet de familia nomine proprio, & ipsam descriptionem dedisse in scriptis dictis officialibus Salinæ prædictæ, ac correxisse eam per totum dictum mensem Ianuarij. Quam si non dederit, & non correxerit infra dictum tempus, incidat ipse Massarius, seu Capitaneus in poenam librarum uiginti march. applicandam Camera præfati Domini Marchionis, & exigendam per dictos officiales dictæ Salinæ. Quæ poenâ dictus Capitaneus, seu Massarius soluere teneatur de suo proprio, & insuper cadat in poenam librarum quinque march. pro qualibet bucca, quam sciēter omiserit, ac in scriptis non dederit, & exigendam ab ipso Massario, seu Capiteo de suo proprio. Mandantes omnibus & singulis dictæ Ciuitatis Mutinæ, & burgorum, ac uillarum obedientium: quod ad omnem requisitionem sui Capitanei, seu Massarij debeant dicere, propalare, & intimare sibi omnia, & omnes de suis familijs, & eorum ætatem: sub poena librarum decem march. pro quolibet recusante, & pro qualibet bucca celata, seu omiſsa, quæ poena applicetur Camera prædictæ, & exigi debeat per dictos officiales a quolibet recusante, aut cessante, uel omittente ut supra.

7 Et insuper: quod quilibet pater familias, seu caput domus, habitans, uel qui habitauerit in dicta Ciuitate Mutinæ suisq; uillis, & burgis obedientibus, qui infra annum acciperet personam aliquam ad stādum in domo sua, uel aliter accreuerit in familia, teneatur infra unum mensem denunciare, & in scriptis dare dictis officialibus Salinæ: sub poena librarum decem march. pro quolibet qui non denunciauerit, aut in scriptis non dederit: applicanda, & exigenda ut supra.

8 Et in prædictis omnibus & singulis, & in quolibet capitulorum superscriptorum, quilibet esse possit legitimus accusator, & habebit dimidiam dictarum poenarum, & tenebitur in credentia: Ita tñ quod sciat dicere nomina, & propalare officialibus dictæ Salinæ quamlibet personam, quæ in scriptis data non esset &c.

9 Et ne contra prædicta fieri, uel attētari possit in præiudicium dictæ Salinæ; præcipitur, & mādatur: quod nō liceat alicui nauæ, seu

seu nauiganti, nauem aliquam, illi uidelicet solummodo, qui appulerit ad portum dictæ Ciuitatis Mutinæ; discaicare, seu discaicari facere, seu permittere, aliquam mercem, seu rem ex nauis sua, uel per eum conducta, nisi primo denunciauerit, & notificauerit dictis officialibus Salinæ Mutinæ, & ab ipsis obtinuerit licentiam discaicandi: uel nisi dicti officiales per se, & nuntios suos cercauerint; si in ipsa nauis conductum esset Sal contra præsentis ordines. Quod si aliquis naua, uel persona nauigans, nauim aliquam discaicauerit, uel discaicari fecerit anteq; denunciauerit, & notificet, ut dictum est, uel nisi dicta nauis fuerit circata: ipso facto incurrat in poenâ librarum quinque march. pro quolibet; applicanda camera prædictæ, & exigenda per dictos officiales toties, quoties fuerit contrafactum.

10 Item quod quilibet pater familias, seu caput domus dictæ Ciuitatis Mutinæ, suiq; territorij, & districtus, teneatur, & debeat omni anno in terminis, & modis infra scriptis emere, & titulo emptionis accipere a dicta Salina Mutinæ, suisq; officialibus pro qualibet bucca maiore annis quinque, libras uiginti quinque salis ad libram, & pondus Mutinæ, pro eo pretio, seu pretijs, quod fuerit constitutum, & ordinatum per præfatum Illust. dominum nostrum Marchionē Estensem, seu suos factores generales, & ipsam quantitatem Salis pro qualibet bucca leuasse, & ipsius pretium prædictum soluuisse terminis, & modis infra scriptis uidelicet.

11 Ciues & Burgenses dictæ Ciuitatis Mutinæ dictam Salis quantitatem pro qualibet bucca emisse, & leuasse, ac pretium soluuisse teneatur, & debeat omni anno in quatuor terminis infra scriptis, uidelicet: omni anno per totum mensem Ianuarij leuasse, & soluuisse quartam partem dictæ quantitatis Salis, & per totum mensem Aprilis aliam quartam partē, & per totum mensem Iulij unam aliam quartam partem, & per totum mensem Octobris reliquam quartam partem.

12 Comitatus uero Villarum, & locorum obedientium dictæ Ciuitatis Mutinæ: emisse, & leuasse dictam quantitatem Salis pro qualibet bucca omni anno teneantur, & ipsum pretium soluuisse in tribus terminis infra scriptis, & per modum infra scriptum uidelicet: omni anno per totum mensem Ianuarij

leuasse, & soluiffe tertiam partem dicti salis, & per totum mensem Maii aliam tertiam partem, & per totum mensem Septembris reliquam tertiam partem leuasse, & pretium soluiffe teneantur. Sed si aliquis de dictis locis, & uillis obedientibus recederet, & se transferet ad alia loca, præter quàm ad Ciuitatem Mutinæ, uel burgos, aut uillas obedientes, & tempore sui recessus non leuasset, & non soluiffet salem suum, quod cõmune ipsius loci, seu uillæ teneantur leuare, & soluere salem pro tali absentato, pro ut moris est fieri.

13 Massarij autem Villarum, & locorum dicti territorij, & districtus Mutinæ, qui de consuetudine tenentur leuare salem pro taxa, tam suppositorum immediatè prefato Domino Marchioni, quàm gubernatorum per aliquos nobiles castellanos, adherentes, uel suppositos ipsi Domino Marchioni: uidelicet quilibet Massarius pro suo Cõmuni; teneatur, & debeat leuasse, & soluiffe suas taxas salis de quatuor mensibus in quatuor menses, omni anno, & per modum infra scriptum, uidelicet, leuasse omni anno per totum mensem Ianuarij tertiam partem suæ taxæ, & ipsius pretium soluiffe per totum mensem Aprilis, & aliam tertiam partem leuasse per totum mensem Maij cuiuslibet anni, & ipsius pretium soluiffe per totum mensem Augusti. Et reliquã tertiam partem leuasse per totum mensem Septembris, & ipsius pretium soluiffe per totum mensem Decembris.

14 Et si istis prædictis tam habitantibus in Ciuitate Mutinæ, quàm in dicto eius territorio, & districtu, & tam in locis solitis obedire, quàm non: necessaria erit maior quantitas salis, quàm illa, quæ sibi taxata, & limitata est pro buccis suis ut supra: dabitur quibuscunq; uolentibus de sale dictæ Salinæ Mutinæ per ipsius officiales omnis illa quantitas, quam quilibet uoluerit, & pro pretio antedicto.

15 Et ad perceptionem dicti salis omnes, & singuli habitatores dictæ Ciuitatis Mutinæ, ac totius territorij, & districtus eiusdem, ut supra, teneantur, & debeant. Et similiter teneantur, & debeant, & ad hoc cogi, & compelli possint remedijs opportunis, Communia, & Massarij Castorum, Villarum, & locorum dicti districtus, & territorij Mutinæ, ac singulares personæ pro suo Cõmuni, & ad solutionem ipsius salis terminis, & modis supra scriptis.

scriptis. Quam solutionem si non fecerint aut facere recusaerint, tunc officiales dictæ Salinæ, aut alij officiales, potestates, & rectores præfati domini nostri in Ciuitate Mutinæ, & ipsius districtu deputati, & deputandi, & dicti Castellani nobiles, adherentes, & suppositi, & eorum officiales, & rectores, ad omnem requisitionem officialium dictæ Salinæ compellere teneantur, & debeant realiter, & personaliter quoscunq; soluere debentes, ad soluendum; quibuscunq; exceptionibus, & cauillationibus omnibus reiectis.

16 Adicientes nihilominus, quod quilibet Massarius uillarum, & locorum dicti districtus, & territorij, qui tenetur accipere salem pro taxa, teneatur, & debeat omni anno, in principio anni, adire officiales dictæ Salinæ, & sibi dare, & præstare bonas, idoneas, & sufficientes personas unam, seu plures, quæ promittant, & se obligent, facere, & curare tali cum effectu, quod ipse Massarius pro suo Cõmuni, & ipsum quoque Cõmune accipiet, & leuabit salem suum, & pretium soluet integrè modo, & terminis supra scriptis, & in casu quo non leuaret, & non solueret, ut supra, quod ipsæ tales personæ una, seu plures pretium ipsum dabunt, & soluent de suo proprio terminis superius statutis: faciendo quod ipsæ personæ principaliter, & insolidum se constituent ad dicti pretij solutionem, solenniter, & cum renuntiationibus opportunis, de qua promissione stetur, & credatur scripturæ dictorum officialium; Ita quod quolibet termino elapso indilatè possint compellere dictas personas promittentes, ad soluendum; & etiam dictum Massarium, & quamlibet personam aliam de Communi, pro ut melius uidebitur dictis officialibus.

17 Et insuper: quod quilibet Massarius dictarum uillarum, & locorum, qui tenetur accipere salem pro taxa, teneatur, & debeat simul cum tribus, aut quatuor ex hominibus sui Cõmunis, omni anno, in principio anni, nomine ipsius Communis solenniter promittere dictis officialibus, quod ipsum Cõmune, & homines, & personæ ipsius, tam pro se, quam pro bonis suis, non ement, uel emi facient, nec utentur alio sale, nisi solummodo sale sibi dando, & uendendo per dictos officiales Salinæ Mutinæ: sub poena librarum centum march. applicanda Camera dicti domini Marchionis, pro quolibet Massario, qui non fecerit

supraſcriptam promiſſionem: uel ſi per ipſum Cômune, aut ſingulares perſonas de ipſo Cômuni, unam, ſeu plures, modo aliquo fuerit contrafactum, aut emptum, uel uſum alio ſale, & in amiſſionem ipſius ſalis. Quam pœnam dictum Cômune ſoluere teneatur, & debeat, & quælibet perſona ſingularis de ipſo Cômuni, ad ipſius pœnæ ſolutionem aſtringi poſſit realiter, & perſonaliter per dictos officiales, & nihilominus perſonæ ſingulares contrafacientes cadant in pœnas ſuperius in præſentibus ordinibus ſtatutas.

18 Item: quòd aliqua perſona terrigena, uel forenſis, non audeat, uel præſumat emere ſalem, uel emi facere a dicta Salina Mutinæ animo, & intentione defraudandi ipſam: ut puta, ſi quis nomine forenſis, cum ſibi detur ſal pro minori pretio, emerit ſalem pro aliquo habitante in dicta Ciuitate, territorio, uel diſtrictu, obligato accipere ſalem, uel aliter fraudem committendi in præiudiciũ ipſius ſalinæ: ſub pœna perdendi ſalẽ emptũ, & librarum uiginti quinque march. ſoluendarum per talem emptorem, & totidem per eum qui ſalem emi fecerit, applicanda, & exigenda ut ſupra.

19 Item, quòd non liceat alicui perſonæ cuiuſcunque gradus, uel eminentiæ exiſtat, uendere, uel alienare per aliquem modum, in aliqua parte dictæ Ciuitatis, territorij, & diſtrictus Mutinæ ſalem in magna, uel parua quantitate, nec mutuare, donare, permutare, uel alio quouis modo in aliã transferre, nec etiam emere ſalem in magna, uel modica quantitate, niſi duntaxat ab officialibus deputatis, & deputandis per Ill. Dominum Marchionem noſtrum ad dictam ſuam Salinam Mutinæ. Sub pœna perdendi ſalem, & librarum decem march. pro quolibet contrafaciente, & quolibet uice, qua fuerit contrafactum applicanda, & exigenda ut ſupra.

20 Et ſi in aliquo caſuum ſupraſcriptorum in præcedentibus capitulis, uel aliquo ſupraſcriptorum capitulorum quiſque fuerit accuſator, uel contrabanni repertor: habebit dimidiam ſupraſcriptarum pœnarum, & tenebitur in credentia.

21 Item, in terris, Caſtris, ſeu locis, quibus dari debet ſal pro taxa, uel conſuetudine, aut ſecundum diſpoſitionem præſentiu Capitulorum,

pitulorum, non fiat, nec fieri debeat de cætero deſcriptio aliqua buccarum, nec debeat uel poſſit remoueri taxa ordinata, ſed ſecundum ipſam taxam ordinatam debeat dari Sal de cætero, niſi aliter per præſatum Dominum noſtrum fuerit expreſſe ordinatum.

22 Item: quòd a perceptione, & ſolutione dicti ſalis modo, & forma ſuperius limitatis, non intelligantur exemptæ aliqua perſonæ oriundæ de Ciuitate Mutinæ, ipſiuſq; territorio uel diſtrictu, licet habeant instrumenta exemptionis, uel immunitatis, niſi talia instrumenta eſſent de gratia ſpeciali conſeſſa ex priuilegio præſati Domini noſtri Domini Marchionis Eſtenſis; ſed bene ſint, & eſſe intelligantur exemptæ a perceptione ac ſolutione dicti ſalis, miſerabiles perſonæ, illæ uidelicet quæ per duos teſtes probabuntur fore miſerabiles, & immobilia nõ poſſidere in ciuitate Mutinæ uel diſtrictu, ſeu territorio: Et foreſes habentes instrumenta exemptionum legitime impetrata, & non poſſidentes immobilia in ciuitate, territorio, uel diſtrictu Mutinæ, per ſe uel per uxores ſuas: Declarantes, quòd foreſes qui pendente ſua exemptione emerent, uel aliter acquirerent immobilia; aut qui acciperent aliquam mulierem in uxorem poſſidentem immobilia in dicta Ciuitate, territorio, uel diſtrictu: ipſo facto teneatur per ſe, & familiam ſuam accipere ſalem a dicta Salina modo, & forma ſuperius ordinatis; dicta exemptione nõ obſtante, ſed ſi talis uxor non poſſideret immobilia, ſed eſſet de buccis ordinatis de accipiendo ſalem, teneatur ipſa mulier, & forenſis eam accipiens pro ipſa bucca tantum accipere ſalem, & pretium ſoluere, & ſimiliter teneantur dicti forenſes ſalem accipere, & pretiũ ſoluere pro omnibus perſonis, quas tenerent in domo de ordinatis ad accipiendũ ſalẽ a dicta Salina. Volentes, & decernentes, quòd Capitanei cinquantinarũ ciuitatis Mutinæ, & Maſſarij uillarũ, caſtrorum, & locorum diſtrictus, & territorij eiufdem, teneantur omni anno, intra terminos ſuperius ſtatutos, ad faciendum primam leuatam ſui ſalis, denuntiaſſe, & declarafſe officialibus dictæ Salinæ omnes exẽptos ſuæ cinquantinæ, loci, ſeu Caſtri, & uillæ: ſub pœna ſoluendi de ſuo proprio libras decem march. applicanda, & exigenda ut ſupra, ſi non denuntiauerint, & declarauerint, & ulterius quòd dicti officiales pro eo anno ad dictas exemptiones ſeruandas minime teneantur. Declarantes in ſuper quòd quilibet forenſis, completa ſua

- exemptione, teneatur accipere salem pro se, & familia sua, etiam si talis exemptio sibi renouaretur, quoniam non debet fieri, nec facta seruari quantum est pro sale.
- 23 Et similiter intelligantur exempti presbiteri, & fratres religiosi, & monachi pro eorum personis, & uno Clerico pro singulo Sacerdote.
- 24 Clerici uero habentes primam tonsuram, seu quatuor minores ordines, qui nec in ecclesiis morantur, nec diuina celebrant; intendentes tantum artibus mechanicis, & non uacantes circa diuina officia, exempti minime intelligantur.
- 25 Item: quod officiales dictae Salinae, & eorum famuli, & nuntij omnes, & singuli possint libere, & impune portare arma per ciuitatem Mutinae, & eius territorium, & districtum, & quaelibet loca ipsorum, & tam de die, quam de nocte.
- 26 Item: quod officialis generalis deputatus, & in posterum deputandus ad dictam Salinam per praefatum Ill. Dominum nostrum, sit, & esse intelligatur, & debeat solus iudex competens, cognitor, decisor, & executor omnium, & singulorum superscriptorum, & omnium, & singulorum pertinentium, & occurrentium ad dictam Salinam, & quod regimen, & Potestas Mutinae alijque quicumque Rectores, & officiales, alijque nobiles non possint se aliter qualiter intromittere de eis, nec impedire dictum officialem quoquo modo, nec eius nuntios, & famulos, sed teneantur, & debeat ipsum Regimen, & Potestas ciuitatis Mutinae omnesque alij potestates, & rectores, & officiales praefati domini nostri, tam dictae ciuitatis, quam territorij, & districtus Mutinae, & Castellani nobiles adherentes suppositi dicto Domino Marchioni in dicto territorio, & districtu, & eorum potestates, officiales, & rectores, dare, & praestare eorum auxilia, consilia, & fauores dicto officiali Salinae, & quibuscumque suis nuntijs, & famulis, si tamen & quoties ab ipso officiali Salinae, suisque famulis, & nuntijs fuerint requisiti, tam in pignorando, capiendo, & personaliter detinendo quoscumque debitores dictae Salinae, ac quoscumque contrahentes in praedictis, uel aliquo praedictorum, quam pro omnibus, & singulis superscriptis executioni mandandis, & alijs omnibus, & singulis ad dictam Salinam spectantibus, &

con-

concernentibus utilitate ipsius: sub poena librarum quinquaginta march. qua quilibet recusans requisitus ut supra, aut aliquo modo impediens dictum officialem, suosque famulos, & nuntios, exequi in praedictis, soluere teneatur Camerae dicti Domini Marchionis in Mutina, toties, quoties recusatum fuerit aut impeditum.

27 Quae omnia & singula superscripta capitula, & ordines approbamus, ratificamus, & obseruari uolumus, dicimus, & mandamus, tamquam necessaria, & optime congruentia statui nostro, & regimini, ac gubernationi dictae Salinae: statutis, obseruantis alijs, prouisionibus, & reformationibus ciuitatis Mutinae, & caeteris quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus; quibus omnibus, & singulis ex certa scientia & de nostra plenitudine potestatis, respectu praemissorum, derogamus, & derogatum esse uolumus, & mandamus. decernentes expresse, quod omnes, & singuli ciues & habitatores ciuitatis nostrae Mutinae, & burgorum, ac uillarum Castrorum, & locorum territorij, & districtus eiusdem, ad ipsorum obseruantiam, iuxta ipsorum tenorem, & conuenientiam obnoxij intelligant, ac illis subesse, & ea ad integrum obseruare teneant: sub poenis in eis contentis, & alijs quibuscumque nostro arbitrio auferendis. Deputates ex nunc, ac facientes praesentium litterarum nostrarum, & edictis serie, & tenore, officiali praesentem, & alios quoscumque; officiales futuros nostros dictae Salinae auditores, cognitores, decidores, & iudices competentes in, de, & super omnibus, & singulis superius in dictis capitulis, & ordinibus contentis, & expressis, & alijs quibuscumque; uniuersis, et singulis, ab eis dependentibus, emergentibus, occasionatis, & connexis quouis modo, & alijs et dictae nostrae Salinae comodum, proficuum, honorem, & utilitatem concernentibus. Volentes, & mandantes Regimini nostro Mutinae, & alijs quibuscumque; potestatibus, terrarum rectoribus dictae Ciuitatis nostrae, ac districtus, & territorij Mutinae, omnibusque; nobilibus, & Castellanis ipsius, suisque potestatibus, & officialibus; quod dictos nostros officiales praesentes, & futuros ita tenere debeant, & recognoscere, atque tractare per legitimis auditoribus, cognitoribus, decisoribus, & iudicibus competentibus in praemissis, sibi; eorum auxilia, consilia, & fauores praestare debeant promptissime, iuxta tenorem dictorum capitulorum, & pro ut, & sicut, & quoties ab eisdem, seu suis nuntijs fuerint requisiti super his, quae ad dictum officium spectant, & utilitatem, & honorem Salinae nostrae conspiciunt, sub poena amissionis gratiae, & alia qualibet nostro arbitrio auferenda. Et ad memoria futurorum, & ut dicti or-


dines, & capitula pateant uniuersis, ea, & praesentes nostras in uolumine hoc inferi fecimus iussimusq; nostri soliti sigilli impressione muniri. Et nihilominus praesenti nostro officiali dictae Salinae mandamus, quod in praesenti p publicu pclama dicta capitula, & ordines pateferi faciat, publice in nostra ciuitate Mutinae in solito loco eridari. Data Ferrariae in factoria nostra generali anno dñi nostri Iesu Christi Millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, in die tertio decimo, die undecimo mensis Iunij.

28 Itē: quia multae querelae factae sunt occasione eorū, q appellatur miserabiles, et per districtuales non miserabiles: ut ipsae querelae tollant, & in futurum sciat qui pprie sunt ij, qui dici possint miserabiles, & qui non, & successiue, qui ad onera teneant infra descripta: Ordinum est quod illi intelligantur, & reputent miserabiles, qui morbo aut alia debilitate personae, aut aetate, quae sit maior sexaginta, aut qualibet alia iniuria aduersantis fortunae, ut incendij, inundationis, grandinis, & huius modi casuum, arbitrio Regiminis Mutinae declarandorū, miseratione digni ceasant, ad tēpus, uel perpetuū. Et hi pro tpe miserationis suae, ab omnibus oneribus, & praestationibus quibuscunq; reddant immunes, & exempti. Caeteri uero, tametsi immobilia nō possideant in districtu ciuitatis, miserabiles non habeant, nec reputentur: sed ad onera conferant infra scripta tm, qui teneantur, & debeant de caetero, & in futurū leuare salē Mutinae p modo, & numero buccarū suarū, iuxta ordines Salinae, & hi pro duobus tertijs taxa, quā alij nō miserabiles accipiūt, & leuāt: uidelicet qa soluunt libras uigintiquatuor salis p bucca, hi sexdecim leuent. hoc addito quod Massarij Villarū non teneant, nec cogi possint ad leuandū salē ingrossum pro eis, sed ipsis hactenus habitis p miserabilibus, liceat, & facultas sit accipere salem minutim, duas, & tres libras, & pro ut eis placuerit, & soluere ad currentē monetā, & officialis Salinae sic dare teneatur, & ad suum computum ponere sine ulla solutione laboris ponderantis, uel scribentis.

Ego Antonius de Prosperis filius q. Dñi Martini, Imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariae nec non pro Ill. Principe, & excelso Domino dño Nicolao Marchione Estense, notarius, & officialis ad officium notariatus Massariae Ciuitatis Mutinae, ac Camerae sapientum communis ipsius ciuitatis Mutinae.

Proclama emanatum super negotio salis habetur in uolumine proclamatum Ducalium impresso fol. 37. FINIS.

STATUTA
STATUTA
PROVISIONES, ET
MODI GENERALES REDDITVVM,
ET GABELLARVM CIVITATIS
MUTINAE.



De modo incantandi, deliberandi, & locandi gabellas. Rubrica I:



PRIMIS: quod omnes gabellae, & redditus communis Mutinae, cuiuscunque conditionis sint, locari debeant ad incantum in palatio communis Mutinae, in pleno consilio, ad sonum campanae, & uoce praconis more solito congregato. s. quilibet eorum de per se singulariter, & diuisim per officiales ad hoc deputatos per Ill. dominum nostrum ducem in praesentia Massarij generalis dicti communis, plus offerenti, factis prius pluribus incantibus, & consilijs super dictis redditibus locandis, recipiendo bonam, & idoneam securitatem a quolibet conductore, qui aliquem redditum, datum, uel gabellam conduxerit, incontinenti antequam dictus conductor se separet de palatio, de libris decem pro quolibet centenarij, quod fuerit pretium redditus per eum conducti, de soluendo pretium, & de obseruandis omnibus per eum promissis. De residuo uero totius affectus, fideiubere debeat infra quinque dies a die, quo conduxerit dictum redditum, uel redditus ipsos. Et notarij camerae sapientum communis Mutinae dictam fideiussionem praestandam recipere debeant, & de locationibus ipsis rogari. Et talis conductor, seu conductores, ad instantiam dictorum notariorū, realiter, & personaliter compellantur per dictum Potestatem Mutinae, ad ipsas fideiussiones praestandas: Qui notarij, requisito dicto Potestate cum instantia, si ter ipsum

requirendo in tribus diuersis diebus, & ipso dño Potestate non compellente dictos conductores ad dictam satisfactionem præstādam, ipsi notarij nuntiare debeant dicto Massario generali dicti communis. Qua nuntiatione facta, nisi dictus Massarius prouiderit una cum dicto Potestate, dicti notarij totaliter a receptione dictæ fideiussionis liberentur, & tales conductores, nisi dictam fideiussionem præstiterint infra dictum terminum, cogi, & compelli possint ad solutionem decem pro singulo centenarij totius affictus gabellæ, uel gabellarum, quas conduxerint plus soluere, q̄ contineatur in eorum oblatione. Et fideiussores unus uel plures taliter dati, sint obligati, & ita intelligantur esse, solum pro illa quantitate, pro qua fideiusserint, non obstantibus aliquibus statutis, prouisionibus, uel ordinamentis communis Mutinæ, in contrarium facientibus, etiam si tales essent, uel talia, de quibus deberet fieri mentio specialis. Et si aliquis ex dictis fideiussoribus compelleretur ad soluendum quantitatem, in qua obligatus fuerit, alijs confideiussoribus non soluentibus pro ratis suis, habeat, & habere possit talis soluens contra alios confideiussores regressum, & ius quod habebat commune Mutinæ pro rata tamen contra unumquēque ipsorum. Ita tamen quod uxores, seu hæredes uxorū alicuius conductoris, uel conductorum, seu fideiussoris, uel fideiussorum aliquod præiudicium non patiantur in bonis dictorum conductorum, uel fideiussorum sibi obligatis pro dotibus, seu augmentis dotium ipsarū uxorū, seu hæredum ipsarū, sed potius earum, & eorum ius saluum sit in bonis prædictorum, & præferatur iuri communis Mutinæ, si sint primeua in iure. Quod locum habeat etiam in alijs creditoribus dictorum conductorum, uel dicti conductoris, & fideiussorum ipsorum, & eorum hæredum: qui creditores, & eorum hæredes præferantur, si & in quantum de iure communi præferri debeant. Et si dictæ gabellæ, uel aliqua earum non fuerint deliberatæ infra quintam diem Ianuarij pro tunc futuri offerenti, offerens ipse ipso iure intelligatur esse liberatus a dicta oblatione, & ab omni obligatione, quam uigore dictæ oblationis incurrisset. Et illud idem obseruetur in fideiussoribus præstitis per offerentem, nisi talis offerens primo die Ianuarij uel ab eo die citra, dictam oblationem de nouo confirmauerit, uel aliam de nouo fecerit: quo casu, per totum mensem Ianuarij remaneat obligatus ut supra.

Quanto

Quanto tempore, & quo incipiat, & finiat locatio gabellarum. Rub. II.

ITEM: quod omnes, & singuli redditus communis Mutinæ locentur a calendis mensis Ianuarij proximè futuri, usque ad calendas Ianuarij proximè sequētis, & sic de cætero quolibet anno locatio reddituum prædictorum incipiat a calendis mensis Ianuarij tantum, nisi de alio tempore fuerit prouisum, & quod de cætero ante calendas mensis Ianuarij incantentur.

De correctoribus modorum gabellarum. Rub. III.

ITEM: quod quolibet anno per duos menses, uel unum ad minus, ante calendas Ianuarij haberi debeant sapientes, qui simul cum regimine Ill. domini nostri prouidere debeant, & in scriptis reducere omnia pacta, & omnes conditiones, secundum quæ, & quas dicti redditus debeant incantari, & locari de nouo pro anno futuro.

De additionibus, seu diminutionibus, seu nouitatibus præiudicialibus non faciendis post locationem dictarum gabellarum. Rub. IIII.

ITEM: quod post locationem dictorum reddituum, nullum pactum de nouo, nec aliqua conditio noua, seu additio, seu diminutio possit, nec debeat fieri, uel scribi ultra id, quod fuerit ante prouisum, & ordinatum, & in instrumento locationis continebitur: nec alia nouitas possit, nec debeat fieri per Illustr. dominum nostrum, uel commune Mutinæ, nec per aliquos officiales ipsius domini, uel communis, uel alios cuiuscunque conditionis existant, nec permitti fieri per aliquem, uel aliquos subiectos iurisdictioni dicti domini, seu communis, quæ possint esse in damnum, uel præiudicium ipsorum conductorum dictorum reddituum, uel alicuius eorum. Quod si contrafecerit, camera domini nostri in Mutina, conductores dicti redditus, uel dictorum reddituum, & eius socios, teneatur, & debeat conseruare illesos, & sine damno: quando talis nouitas, additio, uel diminutio redundaret in utilitatem Ill. domini nostri, uel ipse dominus, uel eius officiales esset, uel essent auctores dictæ nouitatis, additionis, uel diminutionis. Si autem commune Mutinæ esset auctor dictæ

B 2

nouitatis, additionis, seu diminutionis, tunc conseruatio prædicta fiat per dictum commune.

De poena fraudantis, seu scortantis, uel conductentis in fraudem per uias non consuetas. Rub. V.

ITEM: quòd si aliqua persona terrigena, uel forësis cuiuscunq; conditionis, & gradus existat, in fraudem dictorum reddituum, uel alicuius eorum iuerit, uel conduxerit, uel scortauerit aliquas bestias, uel res per stratas, & loca non consueta euitando stratas, & uias consuetas, sine licentia, & bulletta ipsius conductoris, uel officialis illius redditus, in cuius præiudicium hoc fieret, condemnentur in decem libris march. & amissione bestiarum, animalium, curruum, & rerum cum quibus, in quibus, & de quibus dictum dolum, & fraudem committeret. Et hoc si, & in quantum dictæ bestie, animalia, currus, & res sint dicti dolum uel fraudem committentis. Si uero fuerint alterius ciuis, uel habitatoris ciuitatis, uel districtus Mutinæ, qui in dicto contrabanno fraudem, uel dolum non commiserit: tunc, & eo casu, dictæ bestie, animalia, & res non cadant in commissum: sed talè dolum, uel fraudem committens teneatur ad æstimationem rerum. Et dictos tales cū dictis rebus, quilibet possit capere, & officiali super dictis redditibus deputato præsentare. Et intelligatur ire, & conducere in fraudem, quotiescunq; repertus fuerit transiisse ciuitatem, s. castellos gabellariorum, cum rebus, & bestijs, absq; bulletta conductoris, uel officialis. Et si quis repertus fuerit a dicto cōductore, uel eius officiali, uel habente causam ab eo, seu per officialem ad deuenta deputatum, uel contrabanna, seu ab aliquo de familia dicti officialis, cum aliquo contrabanno, & taliter repertus resistentiam fecerit dandi tali repertori contrabannum, ab ipso inuentore possit offendi impune, & poena sibi duplicetur, & de tali contrabanno, & etiam de resistentia credatur inuentori, cum iuramento alicuius approbari.

Quod liceat officialibus, seu conductoribus facere licentias pignorandi, & detinendi debitores gabellarum. Rub. VI.

ITEM: quòd oēs, & singuli cōductores reddituū cōis Mutinæ, & eorum

eorum socij, & officiales, & habentes causam ab eis, uel aliquo eorum, possint facere scripturas, & præcepta pignorandi, & requirendi, ac detinendi, & ire, & mittere nuntios, baroharios, & soldados cōmunis Mutinæ de præcepto officialis, super gabellis deputati, gñali, uel speciali, quod generale præceptum dictus officialis eis concedere teneatur contra omnes, & singulos debentes aliquid dare, uel soluere dictis conductoribus, uel eorum officialibus, seu alicui eorum, occasione alicuius datij, uel gabellæ. Et quòd dictus officialis dñi nostri ad requisitionē cuiuslibet dictorū conductorū, uel officialium, & sociorū suorū teneatur, & debeat uinculo sacramenti dare de soldatis, siue de baroharijs suis ipsis conductoribus, & officialibus, pro recuperatione facienda omnium denariorum eis, & cuilibet eorum debendorum occasione alicuius redditus, seu gabellæ, quoties ab eo fuerit postulatum, sine aliqua solutione pecuniæ eisdem fienda per dictos conductores, uel officiales, uel aliquem eorum. Et si aliquis fuerit indebitè detētus, uel pignoratus, talis auctor, ad cuius instantiam dicta pignoriatio, uel detētio facta fuerit, teneatur ei, de cuius bonis facta fuerit dicta detentio, seu pignoriatio, seu qui detentus fuerit, ad omnes expensas, & ad omnia damna, & interesse duplicatas. Et quòd officialis super gabellis deputatus dictum talem contrafacientem ad hoc cōpellere realiter, & personaliter possit, & debeat summarie, & sine aliqua figura iudicij.

De modo ius reddendi officialibus prædictis, & per quos, & sine datione libelli.
Rubrica. VII.

ITEM: quòd officialis super gabellis deputatus per Ill. d. nostrum, ac Potestas, & Massarius præfati domini in Mutina, & quilibet eorum quoties ab eis, uel aliquo eorum fuerit postulatum, teneatur, & debeat facere ipsis conductoribus, & eorum officialibus, & socijs, & habentibus causam ab eis, uinculo sacramenti, plenam, & expeditam, & summariam rationem, & sine datione libelli uel aliqua datione in scriptis, danda quolibet die feriato, & non feriato, realiter, & personaliter contra quamcunque personam, debentem aliquid dare, uel soluere ipsis conductoribus, uel officialibus, occasione alicuius dictorum reddituum, & gabellarum, sine aliquo onere expensarum,

& temporis intervallo, banniendo, capiendo, & in carceribus communis Mutinæ ponendo dictos tales non soluentes ipsa datia, & gabellas, prout tenentur, & debent, et dando eis in solutum de bonis dictorum talium debitorum, usq; ad concurrentem quantitatem totius eius, quod tenerentur ipsis conductoribus, pro ipsis datijs uel gabellis. Et quod nullus officialis Ill. d. nostri debeat se intromittere de prædictis, uel aliquo prædictorum, seu connexis, uel dependentibus ab eis, uel aliquo eorum, uel accusationibus de eis, uel aliquo eorum, uel condemnatione facere aliquo modo, uel causa, saluo semper quod Potestas Mutinæ, & eius iudices, & familia, ac iudex malefactorum possint facere inuentiones: inquisitiones formare: accusationes recipere: processus, & condemnationes facere contra lutores, & tenentes ludū, & ad illum mutuantes putentur ex forma statutorum communis Mutinæ. Et officialis gabellarum de hoc nullā accusam possit recipere, nec processum, uel condemnationem facere. Sed solum de eo, quod dictus conductor, uel eius officialis deberet recipere ab aliquo occasione alicuius ludi, uel mutui facti in barattaria communis Mutinæ, eisdem plenum, & summarium ius facere teneatur.

De accusationibus, & denuntiationibus, faciendis, & de termino, infra quem debeant finiri. Rub. VIII.

ITEM: quod omnes, & singuli conductores reddituum communis Mutinæ, eorum officiales, & habentes causam ab eis, possint denuntiare, & accusare officialibus Ill. domini nostri in ciuitate Mutinæ deputatis, secundum quod sibi placuerit, omnes, & singulos committentes dolum, & fraudem in dictis redditibus, uel aliquo eorum, & et qui aliquid facerent contra formam modorum, & statutorum communis Mutinæ, & gabellarum prædictarum, in præiudicium dictorum reddituum, uel alicuius eorum. Et quod dictus officialis teneatur, & debeat uinculo sacramenti cōdēnare, uel absoluere oēs, & singulos accusatos, seu denuntiatos per ipsos conductores, eorum socios, uel officiales, seu habentes causam ab eis, uel aliquo eorum, in pœnis contentis in modis gabellarum, & reddituum, ac statutis communis Mutinæ, ubi modi deficerēt, & secundum quod in ipsis modis, & statutis cōtinetur, infra duodecim dies cōtinuos a die denuntiationis, seu accusationis in antea, si placuerit accusatori, uel denuntiatori: & eis instantibus, & et nō instantibus, quantum est pro parte pœnæ tangente camera Ill. domini

domini nostri. Et elapsis dictis duodecim diebus, ipso iure intelligantur absoluti dicti accusati, uel denuntiati, et si per dictum iudicem nihil fuerit pronuntiatum. Et accusans, uel denuntians nihilominus ad expensas, & interesse teneatur parti accusatæ, uel denuntiatæ, ad quas restituendas dictus accusans, uel denuntians realiter, & personaliter compellatur, sine litigio, & expensis ad omnē requisitionem dicti denuntiati, uel accusati. Volentes, atq; mandantes, quod si per dictum iudicem contigerit aliquam pronuntiationem, uel sententiam ferri, a qua per aliquam partiū extiterit appellatum, uel proclamatum, quod iudex, qui de causa appellationis, seu proclamationis, uel querelæ cognoscet, infra octo dies continuos a die proclamationis sententiæ, ipsam causam appellationis, & querelæ debeat terminasse. Quo termino elapso, appellatio sit deserta, & prima sentētia maneat rata. Declarātes insuper, quod a sentētijs latis in causis gabellarum per tertium iudicem in Mutina appelletur, & ad Potestatem in Mutina seu eius uicariū. Et idem, si per. d. massarium generalē fuerit pronuntiatū, seruetur. Si uero per dictum dominum Potestatem in dictis causis fuerit pronuntiatum ad dictū tertium iudicē, & massarium gñalem, seu alterum ex eis, dicta appellatio, & querela interponēda deuoluatur, & terminetur ut supra. Et utriq; parti liceat tantum semel appellare. q̄ appellatio terminetur infra terminum octo dierum cōtinuorum, ut supra, per illum iudicem ad quem deuoluetur. Et si non sit terminata, deserta sit ipso iure appellatio.

Quod sacramento conductoris, uel officialiū approbatorum credatur, & pro quanto. Rub. IX.

ITEM: quod super omnibus, & singulis dolis, fraudibus, & accusis, ac denuntijs, stetur, & credatur sacramento conductoris ipsius redditus, cum sacramento unius ex socijs, uel officialibus approbatis, dummodo dictus conductor, & habentes causam ab eo, & officialis qui iurauerit, fuerint approbati per dominū Potestatem Mutinæ, & per duas partes sapientum. Qui. d. Potestas, & sapientes teneantur, & debeant aliquos officiales dictorum reddituum, uel habentes causam ab eis approbare, si domino Potestati & duabus partibus sapientum uidebitur. & eorum dicto, aut sacramento stetur: Saluo, quod nullus cōductor, uel officialis redditus barattariæ, uel bordelli, debeat approbari, nec eis, uel alicui eorum credi debeat uigore pñtis capituli. Quæ approbatio fiat hoc modo uidelicet:

Quòd conductor redditus dare debeat in scriptis per suum sacramentum suos officiales oēs illius redditus, in quo petierit aliquos approbari, & quòd de hoc fiat scrutinium inter omnes duodecim sapientes, ad fabas nigras, & albas, & de quolibet eorum, & tam de conductore, q̄ de officiali per se. Et illi duo super quo redditus in cuius seruitio fuerit duæ partes fabarū (qui approbandus, nisi duas partes fabarum habuerit, in seruitio minime intelligatur approbatus) sint approbati, & eis credatur ut supra, & cuilibet eorū. Saluo quòd si aliquis ex dictis conductoribus, uel officialibus, uel habentibus causam ab eis, uel aliquo eorum, iurauerit cum uno socio, ut supra dictum est, contra aliquam personam, & ex illo solo sacramēto condemnata fuerit, sine aliq̄ alia probatione, quòd ipsa talis persona non possit cōdemnari in aliquam pœnam camerae dñi, uel ipsis conductoribus, uel officialibus, uel habentibus causam ab eis, uel aliquo eorum. Sed ex eo casu condemnetur in duplum gabellæ, quòd duplum applicetur conductori, & locijs suis, non obstantibus aliquibus supra uel infra scriptis.

Quòd credatur, & fides adhibeatur libris gabellarum.
Rubrica X.

ITEM: quòd credatur libris gabellarum nisi fuerint uitiati cōtra debitores dictarum gabellarum donec per dictos tales debitores probetur contrarium: hoc addito, & expressè intellecto, quòd camera, d. nostri habere debeat medietatem omnium condemnationū, quæ fiēt de aliquo occasione alicuius datij uel gabellæ, & omnium rerum quæ amitterentur ipsorū datorum uel alicuius eorum causa. Et si dictæ cōdemnationes fierent, & dictæ res amitterentur: & vigore alicuius accusæ, quæ fieret per aliquem conductore, uel officialem conductoris alicuius redditus: ipse conductor habere debeat medietatem cōdemnationis, & rerum, & camera, d. aliam medietatem. Et si aliquis extraneus præsentaret aliquem cōducentem aliquas bestias, mercationes, uel res, q̄ conducuntur cōtra formā modorum gabellarum, uel ipsas mercationes, res, uel bestias cōductor illius redditus, in cuius dānum conducerentur, uel irent, habere debeat suam gabellam ipsarum rerum duplicatam. Et illi tales qui præsentauerint prædicta, uel aliquod prædictorum medietatem condemnationis, & rerum amissarum dicta de causa. Quæ gabella duplicata extrahatur primo de uēditione, seu pretio dictarū rerum amissarū. Et quòd de rebus omnibus q̄ ceciderint in

in commissum uenditis ad incantum non soluatur ulla gabella nisi illa pro qua ceciderint in cōmissum, & pro qua uenderentur.

Quod de bestijs, & fructibus ciuium, & habitatorum ciuitatis, & districtus Mutinæ conducendis, nec de rebus suis soluatur gabella. Rub. XI.

ITEM: quòd ciuis quilibet, seu habitator ciuitatis, uel districtus Mutinæ qui habet extra districtum Mutinæ aliquas terras, uineas seu animalia, seu in futurum habebit, possit conducere ad ciuitatem Mutinæ, uel districtum fructus quoscunq̄, quos ex dictis terris uineis, & animalibus perceperit absq̄; solutione alicuius datij, uel gabellæ, preterquam introitus portarum pro quo soluere teneatur tantum, quantum solueret si conduceretur de districtu mutinæ in ciuitatem. Et an dictos fructus, seu redditus tale conducens habuerit, seu perceperit ex proprijs terris, uel animalibus stetur, & credatur sacramēto ipsius sine alia probatione: et si coria, seu pelles forent dictorum animalium qualicunq̄ ex causa mortuorū: nisi gabellator per euidentes probationes contrariū iuramento prædicto ostenderit. Et si aliquis ciuis, & habitator ciuitatis Mutinæ, seu districtualis dictæ ciuitatis uellet causa eundi ad trahendū moram, seu uoluntariè, seu necessariò in aliquem locum districtus, seu comitatus, uel diocesis dictæ ciuitatis (intelligendo de diocesi esse illa loca, quæ supposita sunt Ill. d. nostro mediætè, uel immediætè cōducere de ciuitate, uel districtu Mutinæ, aliquā quantitātē frumenti, uini, carniū porcinarū uiuarū, seu mortuarū recentiū, seu salfarum lectos, & omnem aliam rem pro suo usu, & suæ familiæ, liceat ei conducere ipsas res ad dicta loca, & seu conduceri facere, in quibus ibit ad moram trahendum, absq̄; solutione alicuius gabellæ: petendo nihilominus licentiam, quæ sibi cōcedi oio debeat ubi aliquas alias res conducere non uelit preterquam pro suo usu, & familiæ suæ. de quo si dubitaretur an essent pro suo usu, & familiæ suæ, uel ne: debeat stari iuramento dicti talis conductis, seu conduceri facientis, aut familiæ suæ, habendo respectum ad qualitatem personæ, & ad qualitatem, & quantitatem rerum.

De cridis, & proclamationibus gabellarum faciendis sine solutione. Rubr. XII.

ITEM: quòd Potestas, & quilibet alius officialis Ill. d. nostri

teneatur, & debeat facere fieri cridas, & bannimenta super dictis redditibus omnibus, & singulis per bannitores communis Mutinæ sine aliqua solutione pecuniæ per ciuitatē Mutinæ, & burgos, & in quolibet alio loco districtus Mutinæ, ubi fient mercata quæ fuerint in fauorem dictorum conductorum, & cuiuslibet eorum, & ad eorum, & cuiuslibet eorum petitionem, secundum quod eis, & cuiuslibet eorum placuerit, non transeundo pœnas ordinatas super dictis redditibus, & quolibet eorum. Et quod bannitores communis Mutinæ teneantur sine aliqua solutione eis fienda a conductoribus prædictis, uel alia persona facere dicta bannimenta, & cridas in locis prædictis quoties eis commissum fuerit per dictū officialem. Et dicti bannitores nil aliud recipere possint, nisi illud, quod dictis conductoribus, uel alteri eorum, ad cuius instantiam dicta bannimenta, & crida facta fuerint, uidebitur, & placuerit.

Quod pacta, & modi gabellarum describantur in duobus uoluminibus, & penes quos dicta uolumina debeant permanere. Rub. XIII.

ITEM: quod infra scripta omnia pacta, & singula, & modi facti, & inuenti per supra scriptos sapientes super omnibus, & singulis redditibus, ponantur, & scribatur in uno libro, qui liber cum prædictis pactis, & modis ponat, & ligetur in uno uolumine: ita quod ipsa pacta, & modi sint nota, & manifesta omnibus personis ciuitatis Mutinæ, & districtus uolentibus copiam de eis uel aliquo eorum. Et ad hoc, ut in instrumentis locationum dictorum reddituum fiendis, non possit addi uel minui ultra id quod scriptum est in dictis pactis, & modis. Et quod dictus liber factus de dictis modis ponatur penes officialem gabellarum domini prælibati, & alius similis penes officium cameræ actorum.

De modo colligendi gabellas, & de intellectu circa ipsas adhibendo, & de additione non facienda.
Rubrica XIII.

ITEM: quod omnes, & singuli redditus prædicti locandi locentur secundum conditiones, & modos supra, & infra scriptos, & scriptas, & nõ aliter, & eis uel alicui eorum nulla additio uel diminutio in locatione, colligendo possit, uel debeat aliter modo aliquo fieri ultra, uel præter id, quod in litera, seu textu dictorum modorum

modorum continetur, & scriptum est non obstante aliqua consuetudine, uel statuto de iure factis, uel fiendis, seu obseruandis in contrarium: quibus, & cuiuslibet eorum per præsentem prouisionem sit, & intelligatur esse specialiter, & totaliter derogatum: ita quod sine aliqua alia additione, uel diminutione ipsi redditus, & quilibet eorum locentur, & colligantur prout litera ipsorum modorum iacet, & scripta est solum modo, & non aliter. Et nullum consiliū, uel sententia in contrarium ferri possit: sed quilibet iudex, qui contra prædicta, uel aliquod prædictorum, seu contra literam, & textū prædictorum modorum, uel alicuius eorum consuleret, uel sententiam ferret, condēnetur in decem libris march: pro qualibet uice statuto, iure, uel prouisione non obstante aliqua. Et sententia, uel consilium sit ipso iure nulla, & nullum.

De locatione carcerum facienda si conductor in se retinere uoluerit. Rub. XV.

ITEM: quod si contigerit in summa locari oēs redditus gabellarum prædictarum, & talis conductor in se retinere uoluerit redditū carcerum, teneatur de custodia carcerū una cū fideiussoribus suis. Si autē in se retinere noluerit: tunc locari debeat dictus redditus carcerū specialiter alteri per regimen Mutinæ. Et ipse spālis conductor teneatur idoneam cautionem præstare ultra cautionem affectus, de bona custodia usq; ad quantitatem librarum centū march: applicandarum cameræ dñi. Et tunc dictus conductor gñalis de custodia carcerum non teneatur, & dictus talis conductor specialis teneatur eidē cōductori generali rñdere de affectu prædicto.

De locis ubi non debent colligi gabellæ, ex exemptionibus concessis, tam locis, quam personis. Rub. XVI.

ITEM: quod omnes, & singuli redditus prædicti particulariter, & diuisim locentur in illis uillis, castris, & locis comitatus, & dioecesis Mutinæ, quæ tempore locationis fiendæ de prædictis tenebuntur, & distringentur p cōmune Mutinæ, seu Ill. d.n. & dicto tempore obediunt dicto communi Mutinæ in soluendo collectas, & onera, & factiones, & alia dicti communis subeundo, & non in alijs nisi tantum quantum in dictis alijs placuerit prælibato, d.n. et si in modis specialibus aliter disponeretur. Saluo semper, quod p aliqua, quæ supra, uel infra scripta sint, cōductores dictorum red-

dituum, uel alicuius eorum non possint aliquid petere, uel habere pro aliquibus rebus quæ cōducerentur, emerentur, uenderentur, uel quoquo modo super ipsis contraheretur, quæ mitterentur, uel ducerentur ad curiam, uel pro usu curiæ, seu munitionum Illustr. d. n. ac laborerorum pro alijs quibuscunq; rebus suis: quæ mercantia non essent, seu intelligi non possent ad mercantiam spectare in Mutina, uel Ferraria, uel alijs suis terris, et si essent res immobiles. Declarantes, quod beccarii, & piscatores uendentes carnes, & pisces pro usu curiæ, & pro munitionibus. d. n. nullam gabellam soluere debeant, nec gabellam retalei, nec bestiarum. Quod tale tñ pactum similem locum habere debeat pro rebus mobilibus tantū, & et se mouentibus Vgutionis de Contrarijs tam pro usu ipsius; & suæ curiæ q̄ pro munitionibus terrarum, & fortitionum ipsius Vgutionis in Mutina, uel Ferraria, uel aliquibus alijs suis terris: nec p̄ rebus Massarij generalis Ill. d. n. uidelicet pro usu suo: nec p̄ aliquo lecto, uel pennis terrerij, uel forensibus ad ciuitatem Mutinæ, uel districtū ipsius ciuitatis, uel burgos, seu extra ciuitatem ipsam, burgos, uel districtū ipsius ciuitatis conducendo aliqua ratione, uel causa. Et quod generaliter pro aliquo contractu cuiuscunq; conditionis existat, & ex quibuscunq;, & qualibuscunq; rebus sit, qui fieret per commune Mutinæ, & seu cū ipso communi Mutinæ, & pro quolibet conductu, & et pro qualibet extractione qui, & seu quæ fieret per ipsum commune Mutinæ de quibuscunq;, & qualibuscunq; rebus ad ciuitatem districtū, comitatum, & diocesim Mutinæ, uel de ipsa ciuitate Mutinæ, eius districtu, comitatu, & dioceſi nulla gabella soluatur. Et quod cōmune prædictum habeat idem priuilegium, & eodem priuilegio gaudeat in omnibus, & per omnia in quolibet suo contractu, & in qualibet sua conductione, & extractione. Ac et quilibet qui cum dicto cōmuni quolibet contraxerit, uel distraxerit, quod habet, & quo gaudet præfatus. d. n. quo ad solutionem gabellæ. Nec et pro aliquibus rebus pro laborerij communis Mutinæ, uel burgorum, uel cinquantinarum, uel stratarum, seu uiarum ciuitatis, uel burgorū conducendis: nec pro aliquibus rebus, quæ emerentur per commune Mutinæ quantum est pro gabellis tangentibus ipsum commune Mutinæ, & dictum. d. n. Nec pro aliquo blado, uel farina bladi forensis ad dictam ciuitatem, & districtum, per districtū, uel extra conducenda. quæ blada ad introitus portarum gabellam, si conduceretur intra circas ueteres, solummodo soluere teneantur. Nec a fororibus Sanctæ Clare de Mutina, quæ dicuntur minores pro suis rebus

rebus pro suo usu, & suorum famulorum emendis, uendendis, cōducendis, seu macinandis, & hoc pro parte gabellæ ipsas sorores tā gentis. Nec pro aliquibus pannis a dorso, arnesijs in ualisijs, quæ deferentur per aliquos exemptos a solutione datij bullettarū, euntes per ciuitatem Mutinæ, seu districtū. Nec pro aliquibus rebus, & arnesijs deputatis ad ecclesiasticum officium per tempus pacis solummodo.

Quod quilibet conductor possit renuntiare, & tenere pro libito gabellas tempore guerræ generalis. Rub. XVII.

ITEM: quod si contigerit (quod deus auertat) fieri, uel moueri guerram uniuersalem, seu generalem inter commune Mutinæ, & d. n. seu commune, uel dominum alterius ciuitatis cū ipso dño, & communi: quod conductores ipsorum reddituum, uel cuiuslibet eorum possint, si uoluerint, ipsos redditus renuntiare, seu repudiare camera. d. n. renuntiano oēs redditus, quos talis renuntians cōduceret a dicta camera in totum, & non pro parte. Et camera dñi tunc, & eo casu guerræ prædictæ teneatur ipsos redditus in se recipere a quocunq; renuntiante cum omnibus fructibus, & emolumentis, ac expen, cōmodo, & incōmodo dictorū reddituū, habitis, perceptis, seu factis ab ipsis renuntiantibus, seu per ipsos renuntiantes p̄ toto tpe quo cōduxerint dictos redditus de tūc instāti locatiōe. Et quod dictus conductor teneatur, & debeat infra unū mēse post factā reuantiōne prædictā, assignare bonā, & idoneā rōnem, tā de introitibus, quā de expen ipsarū gabellarū, cū restitutione pecuniarū, quæ in manibus ipsius cōductoris, uel suorū sociorū, uel officialiū esse reperirētur. Et hoc ad oēm instantiā, & requisitiōne Massarij gñalis Mutinæ, uel alterius officialis dicti. d. ad hoc deputati. Et prædicta locū nō habeāt in locationibus tabernarū, quæ nō locantur ad bachetā extra ciuitatē Mutinæ, & in postis passuū: qui tabernarij, & cōductores passuū soluere teneant p̄ rata t̄pis, & affictus. Et si cōtigerit (quod absit) particulare guerrā alicuius singularis castri, uel loci, aut cāpagnæ cōi Mutinæ moueri, uel dñm. n. uel cōe Mutinæ mouere alicui castro: tūc p̄pea non possint dicti conductores nec aliquis eorū in tali casu talis singularis guerræ renuntiare, seu repudiare dictos redditus, uel aliquē eorū, sed solummodo in hoc casu existen p̄ bonos uiros, arbitrio bōi uiri cōif p̄ partes: & similiter tertium si primo electi non fuerint concordēs, eligendos damnum contingens conductori, ex tali singulari guerra, & quantum fue-

rit estimatum tale damnū, extrahatur de pretio quod cameræ dñi deberetur pro ipsis redditibus. Et et locetur dicti redditus modo prædicto, & dentur secundum modos, seu prouisiones pñtes factas super redditibus prædictis, ita quòd de eis possint esse certi. Et conductores dictorum reddituum pro rata contingente singulis mensibus: uidelicet, in uigintiduoibus diebus mēsis sequentis, soluere teneant Massario Ill. dñi nostri in Mutina pro ipso. d. recipiēti pretiū, p quo cōduserit dcōs redditus, & gabellas, sub pœna quarti

Quòd terræ comitatus Mutinæ inobedientes, quo ad solutionem gabellarum, infra scripto modo fendam, intelligantur forenses. Rub. XVIII.

ITEM: quòd habitantes in terris, & ipse terræ, quæ sunt de episcopatu Mutinæ, diocesi, comitatu, seu territorio, quæ ad præsens non obediunt ciuitati Mutinæ in soluendo collectas, onera, & factiones, & alia grauamina cum ipso communi Mutinæ, in solutione gabellarum ciuitatis Mutinæ teneantur, & reputentur uti forenses. Et hoc donec inobediētes steterint modo supra scripto. Quòd locū nō habeat in habitatoribus uillæ Rauarini. Declarātes, quòd p quibuscunq; uestibus, & calciamentis, q̄ cōducerent ad ipsas terras inobediētes p usu cōducētū, uel suarū familiarū, nihil p tracta soluat: nec et p aliquibus rebus, nō excedētibus ualorē soldorū uiginti mar. portandis ad dictas terras p usu portantiū, uel suæ familiaræ, dummodo de ipsarū extractione fuerit licentia postulata. Et, si uerteretur in dubiū, an dictæ res fuerint extrahentis stes, sacramēto eiusdē. In quibus quidē terris inobediētibus intelligant homines, & personæ Gazij, sancti Ambrosij, Panzani, & Frignani. Declarantes, quòd quilibet dictarum terrarum, & aliarū omniū totius comitatus, & diocesis Mutinæ possit, & ualeat portare de dictis terris ad ciuitatē Mutinæ, & inde extrahere filū causa faciendi fieri telas in dicta ciuitate Mutinæ, & pānū lineū similiter possit, & ualeat portare ad ciuitatē Mutinæ causa tingēdi, & illū inde reportare p usu eorū, & familiarū suarū, petita tñ licentia a cōductore gabellæ mercantia: hoc tñ acto, quòd dicti tales portātes fidē faciāt de prædictis dicto cōductori, uel eius officiali p sacramētū ipsius, & tintoris, uel textoris, uel textricis. Itē, quòd ois psona terrigena, uel forensis possit conducere ad ciuitatē Mutinæ: pannos laneos factos, & infectos causa texēdi, purgādi, fullādi, garzādi, tingēdi, ac tirādi, seu trahēdi, & ex qualibet dictarum causarū, ac eos factos, & infectos

ctos tintos, & nō tintos extrahere de ciuitate cōitatu, & diocesi Mutinæ absque solutione alicuius gabellæ: hoc et acto, quòd dicti tales conducentes fidem faciant de prædictis dicto cōductori, uel eius officiali per sacramentum ipsius. Terræ uero sancti Foelicis, & Nonantulæ, & habitantes in eis, q̄, & q̄ p rebus, bonis, & animalibus, & uictualibus, q̄ portarent, uel cōducerentur de dictis terris, uel aliqua earum ad ciuitatē Mutinæ, uel districtum, uel de ciuitate Mutinæ, uel districtu ad ipsas terras, uel aliquam earū nihil oio soluere teneant, nisi eo modo, quo solueretur si dicta bona res, animalia, & uictualia cōducerentur de ciuitate Mutinæ, & districtu in districtum, & de districtu Mutinæ in ciuitatem. Et hoc si, & in quantum dictæ res, animalia, bona, & uictualia conducerentur pro usu taliter conducentium uel conduci facientium tantū. Et aliter, & alio modo non.

Quòd quilibet officialis soluat gabellas. Rub. XIX.

ITEM: quòd omnes, & singuli officiales Ill. d. n. & cōis Mutinæ tñ ciues, q̄ forenses excepto Massario dicti dñi in Mutina, sint obnoxij, & obligati ad solutionem quarūcunq; gabellarū, sicut & ceteri ciues, & habitatores Mutinæ. Si tñ contingeret aliquos officiales, uel rectores præfati domini, uel communis Mutinæ recusare soluere aliquam ex his gabellis, ad quas tenentur secundum prouisiones supra scriptas, uel infra scriptas: tñ cōductor ipsius redditus, p quo soluere recusaret, possit, & ei liceat tñ retinere de pretio, qd soluere debet præfato dño p ipso redditu, quātū ipse rector, uel officialis soluere teneret, & p ea parte, quā sic retineret occasione prædicta, non possit, uel debeat quoquo mō grauari. Et hoc si, & in quantum dictus cōductor a dicto rectore, uel officiali petierit sibi solui de dictis gabellis, in quibus idē rector, uel officialis teneretur aliter nec ipse rector, uel officialis, nec ipsa camera teneatur.

Quòd nulla gabella soluat de lignamine, & carbone.
Rubrica XX.

ITEM: quòd ligna laborata, & non laborata, & carbones: affides: doghæ: hastæ: incisoria, & cuiuslibet generis lignaminis omnia in territorio Mutinæ, comitatu, seu diocesi nata, & nata, quæ ad ciuitatē Mutinæ, uel districtum conducerentur, intelligantur nata in districtu Mutinæ, & pro eis, uel aliquo eorum nihil

soluere debet, nisi quemadmodum solueretur de rebus natis in districtu Mutinæ. Et intelligantur de diœcesi Mutinæ prædicta cōia sancti Ambrosij, Gazij, Panzani, Nonantulæ, & sancti Fœlicis.

Quòd liceat cuilibet conductori gabellarum retinere tātum de affictu quātum prohiberetur exigere ab officialibus domini nostri. Rubr. XXI.

ITEM: quòd per aliquem officialem Ill. domini nostri in Mutina non prohibeatur conductorem dictorum reddituum, uel socios suos, aut habentes causam ab eo, exigere ab aliquo sibi debente soluere, pro gabellis cuiuscunque rei de contentis in dictis modis uigore literarum præfati domini, uel alicuius sui officialis, uel alia quacunque ratione, uel causa. Et si prohiberetur exigere, quod iuridice sibi deberetur ex forma modorum prædictorum, possit de eo casu ipse conductor, & socij, & habentes causam ab eo sibi retinere de paghis, quas facere debet tantum, quantum debuisset habere a tali, uel a talibus, a quibus prohibitum sibi fuisset exigere. ut supra.

De pœna officialis gabellæ exigentis ultra debitum:
Rubrica. XXII.

ITEM: quòd nullus ex conductoribus reddituum prædictorum socijs, uel officialibus suis, uel habentibus causam ab eis, audeat, uel præsumat quoquo modo, ratione, uel causa directè, uel indirectè aliquid percipere, seu exigere ab aliqua persona, cōmuni, collegio, uel uniuersitate quicquam pro gabellis ab eo conductis, uel ab alio, a quo causam habuerit, ultra id, quod percipere debet ex forma modorum superscriptorum, uel infracriptorum. Et si contrafecerit, pro quocunque, & quacunque uice, qua contrafactum fuerit, incurrat pœnam decem libr. march. ipso facto. Et ultra dictam pœnam compellatur restituere duplum eius, quod exegerit indebitè: quam quidem pœnam cum dicto duplo teneatur potestas, seu tertius iudex, uel Massarius generalis cōis Mutinæ incōtinèti, cognito de dicta indebita exactiōe, exigere, sub pœna lib. xxv. mar. auferenda sibi de suo salario, applicanda cameræ Ill. d. n. Cui cameræ applicetur et dicta pœna libr. decem march. Sed duplum prædictū applicet ei, a quo facta fuerit dicta exactiō. Et quilibet possit accare, & denuntiare, & heat medietatè cōdénationis, & stet, & credat sacramèto accatoris cū uno teste, q fit omni exceptiōe maior.

De

De pœna exigentis gabellam sibi non debitam. Rub. XXIII.

ITEM: quòd nullus audeat, uel præsumat, nisi sua interfit, aliquid exigere pro aliqua gabella, sub pœna librarū xxv. mar. & quilibet possit accusare, & denuntiare, & habeat medietatè cōdénationis, & stetur sacramento accusatoris cum uno teste qui sit omni exceptione maior.

De officiali tenendo in castro finalis. Rub. XXIII.

ITEM: quòd liceat conductori infracriptorum reddituum, uel habentibus causam ab eo tenere unum officialem ad exigendū dictos redditus in castro finalis.

Quanto tempore debitores gabellarum exigi possint per conductorem. Rub. XXV.

ITEM: quòd dictus conductor, eius socij, officiales, & habentes causam ab eo possint exigere finita locatione sua intra unum annū quicquid sibi debetur pro dictis redditibus. Et finito illo anno, nō possit petere, uel exigere ab aliquibus debitoribus dictorum reddituum, nisi tales fuerit declarati, & condemnati debitores talis redditus, uel reddituum: nisi talis debitor dictorum datorum, uel gabellarum esset talis conditionis, qui commodè dicto anno conueniri non posset: quo casu possit conueniri infra annum a die cōmoditatis, seu habitatis præstitæ dicto cōductori, uel officialibus.

Quod quilibet contrahentium possit insolidum conueniri mō infracripto p gabella debita p contractu. Rub. XXVI.

ITEM: quòd liceat conductori, & suis officialibus pro quocunque gabella, sibi quolibet debita conuenire insolidum quemlibet contrahentium ad soluendum omnē gabellam, sibi debitā a quolibet contrahentium. Quòd sibi locum uēdicet qñ alter ex dictis contrahentibus esset nō soluendo, uel inexigibilis causa qualibet, referuato tali soluenti iure suo cōtra eū, p quo soluerit. Et idē ius cōsequat, quod ipse cōductor cōtra dictū talē soluentē fuerit cōsecutus.

De quibus rebus solui non debeat gabella. Rub. XXVII.

ITEM: quòd de fructibus, seu redditibus cuiuscūq; generis, uel spēi

C 3

alicuius ciuis uel cōitatini, seu habitatoris ciuitatis Mutinæ, uel districtus perceptis de aliquibus terris, seu bestijs talis ciuis, seu habitatoris, uel cōitatini, existētibus in territorio Mutinæ, q̄s in alio: dicti tales ciues, cōitatini, uel habitatores cōducentes, seu cōducī facientes, nullā gabellā soluere teneantur excepta gabella portarū.

Ad quæ loca possint mitti bestia sine solutione gabellæ pro laborando. Rub. XXVIII.

ITEM: quod liceat cuicunq; ciui, cōitatino, uel habitatori ciuitatis Mutinæ habenti terras, uel possessiones in aliqua uilla dicecesis Mutinæ, quæ non distringatur per cōmune Mutinæ ad p̄ns, seu alio loco extra dicecesim, & territorium Mutinæ ad dictas suas possessiones mittere boues, & uaccas, necessarios, & necessarias pro laborando ipsas terras, sine solutione alicuius gabellæ, dum modo licentiam petat, quā licentiam sibi concedere teneatur officialis ad gabellam strātæ deputatus, sine aliqua solutione, & an pro laboratura dictarum possessionum dictæ bestia transmittantur, stetur sacramēto dicti ciuis, uel cōitatini, uel habitatoris transmittētis, ad quas possessiones possit similiter quilibet ciuis, & habitator ciuitatis Mutinæ, & districtus mittere unam porcā cum suis tpali bus.

De decretis, & exemptionibus obseruandis.
Rubrica XXIX.

ITEM: quod decreta dñi nostri, & quælibet exemptiones concessæ aliquibus personis, uniuersitati, capitulo, siue collegio per eūdem dominum ante tempus locationis, seruari debeant per quoscunq; officiales gabellarum.

Quod massarij uillarum teneantur pro habitatoribus ipsarū uillarum, pro buccis, curribus, & zappis. Rub. XXX.

ITEM: quod Massarij uillarum, & communium districtus Mutinæ teneantur, & debeant exigere, & recuperare a quibuscunq; habitatoribus ipsarum uillarum, & communium soluere debentibus gabellas buccarū boatia, & curruum, omne id, & totū, quod dicti tales habitatores soluere debentes, soluere deberent occasionibus antedictis, & soluere conductoribus ipsarum gabellarum terminis ordinatis, illis modo, & forma quibus tenentur, & soluunt officialibus

officialibus salinæ pro sale dictorum suorum habitatorum. Hoc tamen addito, quod dictus Massarius compelli non possit, nec debeat per conductores alicuius dictorum reddituum, seu officialiū eorū pro dictis suis habitatoribus pro eo tempore, quo se dicti laboratores reducerent extra districtū Mutinæ tempore fugæ, uel guerræ; sed solummodo infra duos menses post lapsum temporis dictæ fugæ, uel guerræ. Et quod conductores, & officiales dictarū gabellarū per thesaurarium Mutinæ, uel alium exactorem compelli non possint ad solutionem dictarum gabellarum pro ea parte tantum, quam soluere deberent dicti tales se aliò reducentes durantibus temporibus prædictis. Declarantes, quod omnia bona dictorum taliter soluere debentium gabellas prædictas, sint, & ipso iure esse intelligantur obligata ipsis Massarijs pro solutione dictarum gabellarum, & in ipsis bonis dicti Massarij se indenes conseruare possint non obstante aliqua prioritate iurium, uel ypotheca tacita, uel expressa, quā aliquis in prædictis bonis reperiret habere.

De non præiudicando capitulis generalibus per spetialia. Rub. XXXI.

ITEM: quod per aliquod capitulum spetiale infra positum, uel ponendum non derogetur in aliquo, seu in aliqua parte alicui ex superscriptis capitulis generalibus, sed intelligantur precise duntaxat dicta capitula spetialia secundum modum, & tenorem capitulorum generalium: saluo quod in pœnis in quibus debeat stari capitulis spetialibus, quando per ipsa spetialia reperiatur spetialiter prouisum, non obstante, quod expresse circa pœnas illas non sit derogatum capitulis generalibus, nisi diceretur in spetiali, quod utraque pœna ueniret, & spetialium, & generalium: & etiam quod aliqua pœna imposita per modos generales, seu spetiales pro solutione, quæ non fieret, uel facta non esset gabellario de eo, quod eidem deberet non possit, neque debeat exigī, immo in omni sui parte talis dispositio intelligatur esse irrita, & cancellata.

De obseruantia præsentium statutorum prout stant.
Rubrica XXXII.

ITEM: quod præsentis modi deinceps obseruentur, & obseruari debeant in torū, & per totum prout iacent, nō obstantibus aliquibus alijs prouisionibus, statutis, decretis, aut literis, seu consue-

tudinibus in contrarium facientibus: quibus omnibus intelligat per presentes modos esse penitus derogatum.

Redditus boatiæ. Rubr. XXXIII.

Redditus boatiæ locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quod conductor dicti redditus, & eius socij, & officiales, & habentes causam ab eo possint colligere, & exigere a quacunque persona ciuitatis Mutinæ, & districtus pro quolibet paribouum cum quibus laborarent, soldos quindecim march. & pro quolibet uaccarum, cum quibus laborarent, soldos nouē march. & a quolibet laborante cum zappa in uillis, & locis districtus Mutinæ a ciuitate, & burgis extra, tres soldos march. Nec soluaturs nisi una zappa per familiam quotquot sint laboratores in ea. Et quod quelibet ex dictis personis teneatur, & debeat soluere dictum datum, & gabellā dicto conductori, eius socijs, & officialibus, & habentibus causam ab eo. Quam boatiam, & zappam soluere debeat tantum unus de domo, siue familia soluendo tantum semel in anno, quantuncunque cambiauerit, seu permutauerit bouem pro boue, & uaccam pro uacca, uel boue: uel loco infirmi alium posuerit: dummodo pluribus non fuerit usus, laborando cum eis uno, & eodem tempore. Cateri uero de familia nihil soluere teneant. saluis semper, & exceptatis omnibus, & singulis personis non laborantibus terras in uillis, & locis districtus Mutinæ, & non laborantibus cum bobus, uaccis, aut zappis: & exceptatis exemptis non renouatis per instrumenta ab anno M. CCCXVI. de mense Octobris, citra, qui dictam gabellam soluere non teneantur. Quæ boatia locetur communiter ut consueuit locari, ita quod conductor dicti redditus possit exigere a qualibet singulari persona pro sua boatia tantum, & non pro aliquo alio. Quæ boatia decætero solui debeat quolibet anno: uidelicet, tertia pars de mense Ianuarij: tertia de mense Maij: & reliqua tertia de mense Septembris, si in quolibet dictorum terminorum laboratum fuerit cū dictis bestijs: alioquin ad solutionem dictæ gabellæ compelli non possit pro termino in quo cum dictis bestijs non laborauerit. Et pro tali boatia teneantur, & obligati intelligantur boues, & uaccæ tentæ, cū quibus taliter obligati laborabant. Item: quod conductor dicti redditus eius socij, & officiales teneantur, & debeant continuè, & maxime diebus

diebus festiuis stare ad colligendum dictum datum, & gabellam in aliquo loco publico iuxta plateam, seu palatium cōmunis Mutinæ. Et quolibet die sabbati faciant præconizari publicè per ciuitatem Mutinæ, & in foro bestiarum ciuitatis prædictæ, quod quælibet persona, quæ soluere debet ipsam boatiam, eā soluere debeat terminis supra scriptis dicto conductori, uel officialibus suis in loco deputato per eum ad colligendum datum prædictum, nominando locum, & nomen conductoris, seu officialis. Item: quod Massarij, seu Capitanei cinquantinæ uillæ, uel loci, seu castri districtus Mutinæ, referendo singula singulis, ubi adaptari possunt, teneantur dare in scriptis conductori dicti redditus infra decē dies post cridam factam de hoc quæ fieri debeat de mense Ianuarij, & quodcunque conductori dicti redditus placuerit per publicū instrumentum in quo instrumento contineatur omnia capita domorum, & familiarum, tam eorum qui habent boues, q̄ eorum qui non habent: ita tamen, quod uno dante in scriptis alij sint absoluti: & ipsis scripturis, seu instrumento stetur, & credatur quantum est in præiudicium dictorum debentium soluere. Et qui tamen Massarius possit habere regressum contra eum, qui malitiosè prædicta, uel aliquod prædictorum occultasset, & fiat ius summarium de eo, quod soluerit, & expens, ac interesse. Et si aliquis dictorum capitaneorum, & Massariorum repertus fuerit non dedisse in scriptis aliquem de prædictis, cōdemnetur pro quolibet eorum, quem dimiserit, in uiginti soldis march. & damnum reficiat conductori dicti redditus. Et conductor dicti redditus debeat ipsum redditum recuperare, & exigere in illo anno, quo conduxerit, & post secundum formam modorum generalium. Si uero aliquis, postquā dicti Capitanei, & Massarij dederint in scriptis suam boatiam, uenerit ad laborandum in aliqua uilla districtus Mutinæ, uel de nouo laborauerit cum aliquibus bobus, uel uaccis, dicti Capitanei, & Massarij teneantur prædictos dare in scriptis dicto conductori, seu suis officialibus, infra quindecim dies, postquam sic uenerit, uel laborauerit in dictis uillis, uel cinquantinis, poena prædicta. Quæ boatia non habeat locum in manzsis, qui domantur, & de nouo iunguntur a calendis Septembris inantea usque ad calendis Ianuarij:

Redditus datij uini forensis. Rub. XXXIII.

Redditus datij uini forensis, quod conducitur ad ciuitatem Mutinæ, & districtum, locetur modis, pactis, & conditionibus infra scriptis.

In primis uidelicet, quod conductor dicti redditus, & habentes causam ab eo, & officiales ipsius redditus possint licite, & impune exigere, & accipere a qualibet persona cuiuscunq; conditionis, & status existat terrigena, uel forensis, tres solidos march. de quolibet quartario uini conducti de ciuitatibus, & episcopatibus, uel territorijs Bononiæ: Regij: Parmæ: Mantuæ: Veronæ: uel Ferrariæ, uel alicuius earum: quod uinum natum fuerit in episcopatibus, uel territorijs dictarum ciuitatum, uel alicuius earum. Pro quolibet autem quartario uini Romagnoli, conducti similiter ad dictam ciuitatem, uel districtum, Et pro quolibet quartario uini marchiani, uel ribolæ solidos sex mar. Et pro quolibet quartario uernatiæ de ianua solidos quindecim march. Et pro quolibet quartario uini de Creta, græci, maluasæ, & cuiuslibet alterius uini saluatici decem solidos march. conducenti de alieno districtu, episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, uel districtu. Et omnia supradicta intelligatur, cum conducta fuerint causa manendi ibi, & non extrahendi. Quod intelligatur manere, nisi extractum fuerit infra quindecim dies post eius conductionem. Et si conduceretur in uuis gualcitis in castellatis, seu curribus, intelligatur castellata, uel currus quartarij quatuor: & debere soluere pro castellata, uel curru ad rationem quatuor quartariorum, ut superius continetur. Si uero aliquis ciuis, uel comitatus Mutinæ, uel alius habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus, habens terras, uel possessiones in aliquibus terris, uel locis territorij Mutinæ, quæ non distringantur per ipsum commune Mutinæ, seu alibi etiam extra districtum, & dioecesim Mutinæ in alieno territorio, uel episcopatu, conduxerit, uel conducti fecerit ab ipsis terris, uel aliqua earum aliquod uinum, uel uuas aliquas gualcitas, uel non gualcitas de ijs quæ nata essent in terris proprijs ipsius ciuis, uel comitatus, sic habitatis, pro dicta gabella nihil soluere teneatur. Sed si ipsum uinum, uel uuas ipsas ipse ciuis, uel comitatus, uel alius conducens emisset, & conduceret, uel conduci faceret ut supra, dictam gabellam pro eis soluere teneat. Item: quod qualibet persona terrigena, uel forensis cuiuscunq; conditionis existat, quæ conduxerit, uel conduci fecerit aliquam quan-

quantitatem uini de alieno episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, uel districtu teneatur, & debeat denunciare dicto conductori, uel suis officialibus, uel habentibus causam ab eo dictam quantitatem uini sic conducti de alieno territorio, uel episcopatu in ciuitatem Mutinæ, uel districtum, antequam discarriget, uel reponat in ciuitate Mutinæ, uel districtu in aliquo loco: uel antequam illud extrahat de dicta ciuitate Mutinæ, uel districtu: sub poena uiginti soldorum mar. pro quolibet quartario uini. Quam poenam dictus conductor possit contra quamcunq; personam contrariam accipere, & exigere. Item: quod non sit aliqua persona terrigena, uel forensis cuiuscunq; conditionis, & status existat, quæ audeat, uel præsumat, aut possit discarricare, uel discarricari facere, uel gubernare in aliqua parte ciuitatis, loco, uel castro districtus Mutinæ aliquam quantitatem uini conducti de alieno episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, uel districtu, sine expressa licentia dicti conductoris, uel suorum officialium, uel habentium causam ab eo: sub poena decem soldorum mar. pro quolibet quartario, & qualibet uice. Ita tamen, quod si fuerit ciuis, uel comitatus uel habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus, qui conduxerit, uel conduci fecerit tale uinum forense pro suo, & familie sue usu, & reponere uellet illud in loco longe a ciuitate Mutinæ, & burgis per tria milliaria, possit illud exonerare, & reponere impune in suis domibus, uel conductis, & non in alijs nec alibi. Teneatur tamen denunciare datario eo casu infra tres dies: Si uero longe per tria milliaria, tunc teneatur denunciare infra dies octo proximè sequentes. Item, quod qualibet persona terrigena, uel forensis, quæ conduxerit, uel conduci fecerit aliquam quantitatem uini de alieno episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, uel districtu teneatur, & debeat dicto conductori, uel suis officialibus infra tertiam diem dare, & soluere suprascriptam quantitatem pecunie pro quolibet quartario uini sic conducti ad ciuitatem Mutinæ, uel districtum secundum modum, & formam datiorum diuersorum appositorum cuiuslibet maneriei uini, ut in suprascripto primo capitulo continet, sub poena decem soldorum march. pro quolibet quartario.

Redditus lanæ: Rub. XXXV.

Redditus lanæ debeat incantari, & locari pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis, quod qualibet persona ciuitatis Mutinæ, & districtus

tam terrigena quæ forensis, cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ decætero uendet, uel pensabit causa alienandi, uel donabit, uel pro alia re permutabit aliquam quantitatem lanæ pellatæ, uel non pellatæ cuiuscunque conditionis existat, alicui personæ in aliqua parte ciuitatis Mutinæ, uel districtus, teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, seu eius officialibus duos solidos march. pro quolibet penso lanæ prædictæ incontinenti facta dicta uenditione, uel pensatura dictæ lanæ, & abinde supra, & infra pro rata sol uatur quantacunque fuerit: sub pœna decem soldorum march. pro quolibet penso. Et, quod quilibet qui emerit dictam lanam soluere debeat octo denarios pro quolibet penso lanæ, ut supra: pœna prædicta. Item, quod si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus, terrigena, uel forensis uendiderit, seu emerit, uel ad lucrum aliquod dederit aliquam quantitatem lanæ alicui personæ, quod dictæ tales personæ uendentes, seu ementes, uel ad aliquod lucrum dantes teneantur soluere dicto conductori, seu suis officialibus datium, & gabellam modo, & forma superscriptis. Item, quod si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus, & etiam forensis dederit aliquam quantitatem lanæ alicui bisilerio, uel publico mercatori lanæ ad laborandum in ciuitate Mutinæ, uel districtu: quod dans, & accipiens teneantur soluere dictam gabellam perinde ac si uendita esset. Et qui contrafecerit, soluat pro banno pro quolibet penso solidos decem march. Et nihilominus soluere teneantur dictam gabellam, nisi per libros utriusque, uidelicet tam dantis quam recipientis, & sacramento eorum confiterit lanam sic datam. Et quod secutum fuerit ex ea spectare, & pertinere ad ipsum dantem. Et hoc casu teneatur ipse dans denunciare conductori dicti redditus dationem dictæ lanæ, antequam dederit, eo modo quo supra, & aliter, & alio modo soluere teneatur ut supra dictum est. Item, quod non sit aliqua persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ decætero possit, uel debeat pensare, uel pensari facere in aliquo loco, uel parte ciuitatis Mutinæ, uel districtu, uel ad aliquam stationem, uel locum aliquam quantitatem lanæ, de qua solui debeat gabella, nisi ad pensam deputandam per dictum conductorem, eius socios, & officiales, & habentes causam ab eo ad pensandum lanam prædictam. Et qui contra prædicta, uel aliquod prædictorum fecerit, uel uenerit modo aliquo, puniatur, & condemnetur in quadraginta solidis march. pro quolibet, & quolibet uice, qua fuerit contrafactum.

Red-

Redditus porcorum, & caprarum qui tenentur intra ciuitatem Mutinæ, & burgos intra circas ueteres. Rub. XXXVI.

Dicti redditus locentur modo, & forma, & conditionibus infra scriptis.

IN primis: quod quælibet persona ciuitatis Mutinæ, & burgorum, tam terrigena, quæ forensis cuiuscunque conditionis existat, quæ habitet in ciuitate Mutinæ, uel burgis intra circas ueteres ciuitatis Mutinæ, quæ habuerit, uel tenuerit seu tenebit in dicta ciuitate Mutinæ, & burgis intra circas prædictas aliquos porcos, porcas, ueros, uel beccos teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, siue eius socijs, uel officialibus pro toto anno, & semel tantum pro quolibet porco, porca castrata, qualibet capra, & quolibet hirco, solidos duos march. & pro qualibet porca de femine prægnante, uel non, & quæ iam habuerit porcellos, uel porcellas, uel nunc habente porcellos: & quolibet uerro, solidos uiginti march. pro se, & porcellis. Quod locum non habeat in capretis natis in illo anno, neque in porcis Sancti Antonij, qui non sint ultra numerum sexdecim castrati, & castrata. Et nemo intelligatur tenuisse aliquam de bestijs prædictis nisi eam, uel eas tenuerit ultra quindecim dies. Saluo, quod nemo possit tenere aliquam porcā de femine quæ habeat, neque habuerit porcellos, neque uerrum in ciuitate, uel burgis intra circas prædictas, nisi in domo, uel cluso tantum, sub pœna in statutis communis Mutinæ contenta. Et quilibet possit accusare, & denunciare contrafacientes. Saluo, quod quilibet possit ipsas porcas, & uerrum extra domum tenere conducendo eos, & eas in forum, & ad uillas, & a uillis, & mercatis ad domos suas licite, & non aliter, faciendo ipsas porcas, & ueros ita custodiri, cum fuerint extra domos, & clusos, quod non possint facere damnum, uel iniuriam pueris paruis, nec alijs personis.

Item etiam saluo, quod nulla persona teneatur soluere aliquod datium, uel gabellam pro aliquibus porcis, uel porcibus castratis qui, uel quæ sibi conducuntur a medio, uel a socijs suis, uel aliter habuerint a festo sancti Martini in antea usque ad festum carnis priuij: nec etiam pro aliquibus porcis, uel porcibus, qui, uel quæ conducuntur a uillis, uel circhis extra ad ciuitatem Mutinæ

D

intra circas propter fugas, & timorem inimicorum communis Mutinæ durantibus ipsis fugis, & timoribus. Et intelligantur durare ipsa fuga, & timores, quo ad prædicta, si illi, qui habuerint dictos porcos, & porcellas, uerros, capras, & hircos, iurauerint corporaliter tacto libro se non audere, uel timere conduci face- re ipsas bestias ad uillam, seu extra circas prædictas a qua condu- ctæ sibi fuerunt dictæ bestia in ciuitate propter dictas fugas, & ti- mores. Item: quòd quicumque semel soluerit gabellam prædi- ctam de bestijs prædictis, & postea bestiam illam, pro qua semel so- luta fuit gabella prædicta, cambiauerit, uendiderit, seu occiderit aut donauerit, seu locauerit, seu miserit ad standum extra ipsas circas: & loco ipsius bestia aliam eiusdem generis, & manerici ac- ceperit, uel tenuerit in ciuitate Mutinæ, uel intra circas prædi- ctas, nullam aliam gabellam, seu datium soluere teneatur pro illa tali bestia. Item: quòd omnes, & singulæ personæ debentes sol- uere gabellam prædictam, & tenentes aliquam de dictis bestijs, ut supra continetur, teneatur, & debeat ipsam gabellam dare, & sol- uere conductori dicti redditus, seu eius socijs, uel officialibus di- cti redditus, uel habenti causam ab eo infra octo dies post circam de hoc factam, in ciuitate Mutinæ. Item: quòd quilibet bec- carius, & mercator, seu uenditor dictarum bestiarum possit tene- re capras, hircos, porcos, & porcas occasione occidendi ad bec- cariam, seu reuendendi per quindecim dies tantum, & non ultra absque dicta gabella soluenda, & denuntianda conductori dictæ gabellæ, seu socijs, & officialibus suis, dictas tales bestias ea die, uel sequenti qua ipsas habuerit, & uendiderit, & a quo, uel a quibus emerit, uel cui, uel quibus uendiderit: & quando eas occidere uo- luerit, & non aliter. Item: quòd licitum sit cuilibet habitanti in ciuitate Mutinæ intra circas prædictas tenere in eorum domi- bus procellos, seu temporales quos emerint, seu habuerint causa dandi ad medium tezolanis suis per uigintique dies, & non ultra absque solutione fienda alicui personæ de dictis porcellis, & tem- poralibus. Item: quòd si acciderit, quòd conductor dicti reddi- tus eius socij, & officiales inuenirent aliquam ex dictis bestijs sine custodia, & nesciuerint cuius fuerit, seu inuenirent aliquam perso- nam custodientem, uel conducentem aliquam, uel aliquas ex di- ctis bestijs intra dictas circas, & noluerit dicere, aut manifestare cuius fuerint ipsa bestia, quòd tunc, & eo casu ipse conductor eius officiales, & socij, & habentes causam ab eo possint sua aucto- ritate propria dictas tales bestias retinere, aut sequestrare pe- nes

nes idoneam personam donec sciuerit cuius fuerint, & soluta fue- rit dicta gabella eis cum expensis factis occasione prædicta. Saluo, quòd dictus conductor cridam facere fieri teneatur publicam co- die, uel sequenti per nuntium siue bannitorem communis Muti- næ per ciuitatem, & burgos: quòd illi, quorum fuerint dictæ bestia ueniant ad recuperandum eas, & ad soluendum dictam gabellam ipsarum bestiarum, & expensas prædictas. Item, quòd si aliquis ha- bitator ciuitatis Mutinæ, uel burgorum habuerit, uel tenuerit ali- quem porcum, uel porcā castratam de carne, de quibus soluerit gabellam ante Calendas Ianuarij, & postea dictos porcos, uel por- cas, & aliquem ipsorum tenuerit post ipsas Calendas Ianuarij usq; ad carnis priuium, de dictis porcis, uel porcibus nullam gabellam soluere teneatur amplius.

Redditus gabellæ fructuum ciuitatis Mutinæ,
& districtus qui uenduntur.
Rub. XXXVII:

Dictus redditus locetur plus offerenti pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis: uidelicet, quòd omnes, & singulæ personæ ciuitatis Mutinæ, & districtus tam terrigenæ, q̄ forenses, cuiuscunque con- ditionis existant, quæ uendiderint aliquam quantitatem fructuū in platea communis Mutinæ, seu in ciuitate, seu intra confines ciuitatis prædictæ, uel districtu teneatur, & debeant dare, & solue- re conductori dicti redditus, seu eius socijs, uel habenti causam ab eo, uidelicet pro quolibet stario castanearum siccarum, uendens tantum soldum unum, & denarios sex mar. Et castanearum de gus- sia soldum unum. Et pro qualibet corbella pomorum, pyrorum cotoneorum, nespilorū soldum unum, & denarios quatuor mar. Et intelligatur dicta corbella esse mensuræ duorum statorum, si- ue corbellarum, cum quibus mensurantur castanæ. Et pro quolibet centenatio ad pondus ficuum siccorum soldum unum march. incontinenti facta uenditione dictorum fructuum, & cu- iuslibet eorū, uel saltē ea die, qua facta fuerit uenditio prædicta; sub poena dupli eius, quod a principio soluere tenebat. Et nemo possit se separare de platea prædicta postquā uendiderit aliquā quantitatem fructuū prædictorū, nisi primo soluerit ut supius dictū est. Et, quòd

starium castanearum siccarum debeat esse, & sit, & sic intelligatur, libræ centum uigintiocto ad pondus. Item, quòd nò sit aliqua persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis existat, quæ possit, uel debeat uendere, uel emere in aliqua parte ciuitatis Mutinæ, uel infra còfines ciuitatis prædictæ aliquas quâtitates fructuû nisi solummodo in platea communis Mutinæ sine expressa licetia dicti conductoris, uel suorum officialium, uel habentium causam ab eo sub pœna uiginti soldorum mar. pro quolibet uenditore, & emptore pro qualibet uice, & quolibet stario seu corbella.

Item: quòd non sit aliquis portator alicuius conditionis, uel aliqua alia persona, quæ possit, uel debeat portare, uel discarricare de aliquibus curribus, uel animalibus aliquam quâtitatem fructuû per ciuitatem Mutinæ, uel burgos, uel còfines ciuitatis de una domo ad aliam sine licentia conductoris, uel officialis dicti redditus sub pœna uiginti soldorum mar. pro quolibet, & qualibet uice. Quod locum non habeat in fructibus natis in terris proprijs, uel conductis ipsius conducentis: de quo stetur sacramento conducētis. Item: quòd si aliqua persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat conduxerit, seu conduci fecerit aliquos fructus ad arcinencium, siue ad aquam longam, uel alibi in aliquo loco districtus Mutinæ causa conducendi, uel eos conduci faciendi extra districtum Mutinæ, quòd uenditor, seu conductor dictorum fructuum teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, uel suis socijs, uel habētibus causam ab eo de quolibet stario seu corbella ipsorum fructuum, gabellam dictorum fructuum eo modo, quo superius continetur si uenditi essent in ciuitate Mutinæ, uel infra còfines ciuitatis prædictæ ea die, qua dicti fructus fuerunt conducti extra episcopatum Mutinæ dummodo alias non esset soluta gabella prædicta de ipsis fructibus sub pœna dupli. Et nemo possit ponere, nec caricare aliquam quantitatem fructuum in nauibus causa conducendi eos extra districtum Mutinæ, nisi primo habuerit licentiam a còductore prædicto. seu officiali, uel habente causam ab eo, sub pœna trium soldorû mar. pro quolibet stario, uel corbella, & qualibet uice. In quibus nò intelligantur fructus qui mensurantur cum mina, uel corbella de necessitate: & non sint consueti mensurari. Item: quòd omnes & singulæ personæ ciuitatis Mutinæ, & districtus terrigenæ, uel forenses, cuiuscunque còditionis existant, quæ uendiderint aliquam quâtitatē fructuû in aliqua uilla castro, uel loco districtus Mutinæ teneant dare, & soluere còductori dicti redditus, seu eius socijs, uel officia-

officialibus, & habenti causam ab eo gabellam prædictam. Et teneantur, & debeant denuntiare dicto conductori, uel officialibus omnem quâtitatem dictorum fructuum, quam uédiderint, & soluerint ut supra infra octo dies a tempore dictæ uéditionis, sub pœna quinque soldorum march. pro quolibet stario, siue corbella. Item, quòd si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus terrigena, uel forensis, quæ uendiderit aliquam quantitatem fructuû super arboribus, uel ad oculum, siue ad summam, teneatur, & debeat dare, & soluere dicto còductori, uel suis officialibus, uel habētibus causam ab eo, ut superius còtinetur, pro quolibet stario quemadmodum essent uenditi, & mensurati dicti fructus cum minis, uel corbellis communis Mutinæ. Et de quantitate dictorû fructuum stetur, & credatur sacramento uéditoris, & emptoris; & hoc sub pœna dupli cuiuslibet soluenti dictam gabellam conductori, seu officialibus prædictis, si ipsam gabellam non soluerit infra quinque dies post uenditionem factam, & collectionem ipsorum fructuum. Item: quòd cum in quolibet castro, uel loco districtus Mutinæ colligatur tam modica quantitas dicti datij, quòd nullus uelit colligere dictum datium, prouisum est, quòd in quolibet castro, uilla, seu loco districtus Mutinæ, massarij, & capitanei dictorum locorû teneantur, & debeant eligere unum de dicta uilla, castro, uel loco, uel plures idoneos, qui colligant dictum datium, & qui respòdeant officiali dicti datij, qui stat in platea còmunis Mutinæ. Et habeant, & habere debeant pro sua mercede quartam partem eius quod colligerint. Et hoc si placuerit conductori dicti redditus. Et aliter non possit eligi. Qui electi cogantur exercere, & colligere dictum datium, per dictum officialem gabellarum domini nostri ad postulationem dicti conductoris, & sic iurare teneatur. Item: quòd quælibet persona, quæ uendiderit aliquas nuces, debeat ipsas mensurare, seu mensurari facere ad corbellam, ad quam mensurantur castanæ, & non ad aliam mensuram: sub pœna quinque soldorum march. pro quolibet, & qualibet uice. Item: quòd quælibet persona, quæ fecerit, seu fieri fecerit aliquos garuleos ex nucibus suis in aliqua quantitate, & ipsos uendiderit ut supra, soluere teneatur de singulo penso dictorû garuleorum. s. de singulis uiginti quinque libris ponderis dictorum garuleorum dicto conductori, uel suis socijs, & officialibus, & habenti causam ab eo unum soldum & sex denarios march. Et si de dictis garuleis oleum fieri fecerit, & uendiderit, de quolibet penso dicti olei teneatur, & debeat soluere ut supra duos soldos march. Et qui contrafecerit soluat pro banno

pro quolibet penso dictorum garuleorum, uel olei quinque soldos march. pro quolibet, & qualibet uice. Saluo, quòd id quod dictum est de garuleis faciendis, & uendendis, & oleo faciendo, & uendendo de suis nucibus, non habeat locum in olearijs, & mercatoribus qui emunt nuges, & garuleos causa faciendi oleu de prædictis, & ipsum oleum uendunt: qui tamen soluerint gabellam de dictis nucibus, & garuleis per ipsos emptis. Item: quòd quilibet mercator, & reuenditor olei nucum ad postulationem conductoris prædicti, seu eius officialis, uel habentis causam ab eo ostendere debeat sibi omnem quantitatem olei, quam in domo sua haberent, uel habuerint, uel apotheca, sub pœna uiginti soldorū mar. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum.

Redditus fructuum, qui extrahuntur de ciuitate Mutinæ, & districtu. Rub. XXXVIII.

Locetur dictus redditus pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis uidelicet, quòd dictus conductor pro toto tempore suæ locationis possit, & licitum sit et accipere de qualibet corbella fructuum, qui marcescunt, & qui paruo tempore seruando seruari non possunt, s. pomorum: pyrorum: nespolorum: cotoneorū: forbarum: ceraforū, atq; zambellarum: & similiū, soldum unū. Et pro quolibet stario aliorum fructuum, qui seruando seruari possunt ad minus tempus, s. nucum, & castanearum de guffia, soldum unum M. Et pro quolibet stario castanearum siccarū, soldos duos M. qui fructus per quācunque personam, collegium, & uniuersitatem conducerentur, & conducerentur de dicta ciuitate Mutinæ, & districtu ad aliam ciuitatem, uel districtum. Similiter de quolibet penso ficuum nostranorum, s. de singulis libris uiginti quinque ponderis, denarios quatuor. Item: quòd nullus portator, tricolus, carraterius, seu nauclerius, nec aliqua alia persona cuiuscūque conditionis, & status existat, terrigena uel forensis, audeat, uel præsumat mouere, uel transferre, seu portare, uel portari facere aliquam quantitatem fructuum prædictorum de aliqua parte, uel loco ciuitatis Mutinæ, uel districtus causa ipsos fructus, & quālibet quantitatem ipsorum conducendi, uel extrahendi de dicta ciuitate Mutinæ, uel districtu ad aliam ciuitatem, & districtum sine expressa licentia, & parabola dicti conductoris, uel eius officialis, seu habentis

tis

causam ab eo: sub pœna decem soldorum march. auferenda a contrafaciente in prædictis, & quolibet prædictorū, pro qualibet corbella, uel stario fructuum prædictorum, & qualibet uice. Et nihilominus prædicti contrafacientes, & quilibet eorum teneantur ad dandum, & soluendum conductori prædicto, uel eius officiali, seu habenti causam ab eo duplum eius, quod soluere tenebuntur pro dictis fructibus, pro quibus in prædictis, & quolibet prædictorum contrafecerint.

Redditus gabellæ bladorum. Rub. XXXIX.

Locetur dictus redditus gabellæ bladorum modis, pactis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quòd quālibet persona, collegium, uel uniuersitas cuiuscunque conditionis existat, quæ uendiderit, uel uēdi fecerit, seu emerit, uel emi fecerit, donauerit, permutauerit, seu mutauerit, uel alio titulo quocunque alicui dederit, uel dari fecerit aliquā quantitatem frumenti: fabæ: segalæ: ordeï: speltæ: cicerchiæ: ciceris: faseolorū: & melicæ: uiciæ: uel scandellæ: uel cuiuscūque alterius bladi maneriei, seu leguminis, seu farinæ ex eis, in ciuitate Mutinæ, uel districtu, uel in aliqua parte ipsius, soluere teneatur, & debeat uenditor pro quolibet stario frumenti, duodecim denarios mar. & emptor quatuor denarios. Pro quolibet stario fabæ: segalæ: scandellæ: faseolorū: ordeï: ciceris: & cicerchiæ: uel farinæ ex eis, uenditor octo denarios, & emptor duos denarios mar. Et uēditor pro quolibet stario speltæ: farris: uiciæ: uel melicæ: uel farinæ ex eis sex denarios, & emptor duos denarios mar. Et uenditor pro quolibet stario mixturæ mixturatæ de faba, frumento, scandella, segala, ordeo, uel farina ex eis, octo denarios, & emptor duos denarios mar. Et uēditor de quolibet stario mixturæ mixturatæ de melica: farre: uiciæ: spelta: uel farina ex eis denarios sex, & emptor duos denarios mar. Et dictam gabellam soluere debeat si uenditio facta fuerit in ipsa platea, antequam de ipsa platea discedat. Et si in districtu Mutinæ, infra octo dies. Si uero alibi per ciuitatem, & burgos de licentia conductoris ea die, uel sequenti, pœna, & banno pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, & quolibet stario quinque soldos mar. Et ad dictam pœnam quinque soldorum pro stario soluendam, teneatur tā emptor, quā uenditor, donator, & donatarius, permutans, & mutans, & mutuo accipiens, dans, & recipiens: uno tñ

soluente alius liberet. Et quilibet possit denuntiare, & accusare. Saluo, quod hospites, seu albergatores ciuitatis Mutinæ, uel districtus, nihil soluere debeant pro dicto datio pro aliquo blado, quod darent, uel uenderent in suis hospitibus in prebendis equorum, uel aliarum bestiarum suis hospitibus. Nec ipsi hospites pro emptio-
ne ipsarum prebendarum.

Et idem obseruetur, quod non soluatur pro restitutione bladum restitutorum ubi constiterit, quod tempore, quo dictum bladum fuerit mutuatum, fuerit de mutuo predicto soluta gabella.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis, uel uniuersitas cuiuscunque conditionis existat, audeat, uel presumat, nec possit, aut debeat sine expressa licentia conductoris, uel officialis dicti redditus, mensurare, uel dare aliquam quantitatem bladum in primo superiori capitulo nominatorum in ciuitate Mutinæ, uel burgis, nec in aliquo loco: ita tamen, quod post contractum illi, qui sunt in ciuitate debeant denuntiare infra tres dies, & si extra infra quinque. Et tamen ante denuntiationem non possit dare, neque mensurare, sub poena in capitulo contenta. uidelicet poena, & banno trium soldorum mar. pro quolibet stario bladi, & qualibet uice. Et dictam gabellam nihilominus soluere teneatur. Et quilibet possit accusare, & denuntiare. Saluo, quod quilibet ciuis, uel habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus, possit licite, & impune mutuare, & in mutuū dare ubicunque, & in quocunque loco omnibus suis mezadris, & laboratoribus, & suis familijs, uel necessaria pro femine, & ipsi mezadri, & laboratores eam accipere, & exportare de uno loco ad alium, seu exportari facere pro usu etiam dictorum laboratorum, mezadrorum, seu famulorum, possint dicti domini blada cuiuscunque generis eis mutuare, cum licentia, quocunque dñs, uel is, cuius tezolanus, uel laborator esset, iurauerit se ipsam bladum mutuare dicto tali mezadro suo, uel laboratori, & dictam bladum esse dicto mezadro, uel laboratori necessariam pro sua familia. Et pro blado, quod datur pro affictu, & collatica, nulla gabella soluatur, licentia tamen petita a conductore dicti redditus, quam licentiam concedere teneatur ut supra, de mutuo faciendo mezadris, uel laboratoribus cū iuramento: uidelicet hoc tamen iuramento postulante gabellario: & dicti mezadri, seu tezolani, aut laboratores de restitutione bladum, taliter eis mutuatorum, etiam gabellam soluere non teneantur. Nec est soluatur gabella de dictis bladis pro alimentis ex debito alicui datis, uel pro decimis, uel alijs elemosinis dandis: de quibus elemosinis, & decimis stet sacramen-

to dantis. Nec pro colatica, nec pro saltaria, neque pro pensione granariorum, nec pro blado, quod daretur ferrarijs pro battitura, & aguzatura affictata ad frumentum, soluatur gabella. Sed soluendo de blado loco denariorum, tunc dicta gabella soluatur.

Item: quod nullus portator, uel munarius, uel aliqua alia persona possit mensurare, uel portare aliquam quantitatem bladi, uel farinae, uel leguminis per ciuitatem Mutinæ, uel burgos de una domo in aliam: uel in sua domo recipere aliquod bladum, farina, uel legumen de ea, quam conducerent de una domo ciuitatis in aliam, sine expressa licentia dicti conductoris, uel eius officialis: nisi esset de illo blado, farina, & legumine, quæ conducerentur, & uenderentur in platea communis Mutinæ, poena, & banno uiginti soldorum mar. pro quolibet stario, & qualibet uice, & quolibet contrafaciente. Et sub poena amissionis bladi, seu farinae, aut leguminis taliter portati, & bestia taliter portantis. Et quilibet possit accusare, & denuntiare. Saluo semper, quod dictum est de mutuis fiendis per ciues, & habitatores Mutinæ, & districtus, suis tezolanis, & laboratoribus terrarum.

Item: quod si aliqua persona emerit aliquam quantitatem bladi pro faciendo panem uenalem, solui debeat gabella dictæ uenditionis, & emptionis ut dictum est superius: Sed si esset aliquis ciuis, uel habitator, seu districtualis Mutinæ, qui ex suo blado uellet facere uel fieri facere panem uenalem, tunc, & eo casu teneatur gabellam soluere, cum dictus panis uenditus fuerit, tanquam solus uenditor, sicut dictum est superius.

Redditus pannifellorum. Rub. XXXX.

Dictus redditus locetur modis, pactis, & conditionibus infra scriptis.

In primis: quod dictus conductor, eius socij, & officiales, & habentes causam ab eo possint colligere, accipere, & habere a qualibet persona tam ciue, quæ forense cuiuscunque conditionis existat, quæ mensurauerit super pannifellos, uel uendiderit in platea communis Mutinæ, aliquam quantitatem bladi, teneatur dare, & soluere dicta talis persona, quæ mensurauerit, uel uendiderit dictam quantitatem bladi dicto conductori, suis officialibus, uel habentibus causam ab eo usque ad quantitatem quatuor steriorum bladi, unum denarium paruum mar. & abinde supra usque ad modium duos de-

narios mar. Et a modio supra, quantacunque fuerit quantitas bladi, tres denarios march.

Item: quòd dictus conductor teneatur, & debeat commodare pannifellum, super quo mensuretur bladum cuicunque mensurare uolenti super pannifellis.

Redditus plateæ. Rub. XXXXI.

Redditus plateæ locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis uidelicet, quòd quælibet persona, quæ steterit, uel tenuerit aliquod stallum ad uendendum aliquas mercationes, uel res in platea communis Mutinæ, teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus id, de quo fuerit secum in concordia dicta occasione, & aliter, nisi fuerit cum dicto conductore in concordia standi, & uendendi in dicta platea, non possit nec debeat stare, nec tenere aliquod stallum ad uendendum in dicta platea, sub pœna uiginti soldorum march, pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Saluo, quòd quælibet persona possit singulis diebus sabbati, & mercati habere, & tenere stallum, & stare, & morari ad uendendum in dicta platea absq; pœna, sine aliquo datio soluendo dicta occasione, ut moris est. Et saluo, quòd singulis alijs diebus omnes, & singuli possint conducere, & tenere ad uendendum in somagijs, & animalibus, & aliter, omnes res, quas uoluerit, ad uendendum, ut hactenus consuevit, absq; aliqua gabella, uel datio soluendo occasione dicti redditus plateæ communis Mutinæ. dummodo ibi tunc nō habeat, nec teneat aliquod stallum cum storijs, uel aliter, nec soliti sint esse tricoli, uel uenditores fructuū, uel aliarum rerum: Declarantes, quòd illi intelligantur tricoli, reuenditores fructuum, & aliarum rerum, quo ad solutionem gabellæ prædictæ, qui pro maiori parte anni steterint ad uendendum in dicta platea. Et saluo, quòd magnani, & stationarij habentes stationes iuxta plateam prædictam, non possint tenere aliquas suas mercationes, uel res in dicta platea ad uendendum extra grondarios stationum suarum, nisi de hoc fuerint in concordia cum dicto conductore, & nisi hoc facerent in diebus sabbati, & mercati. Saluo et, quòd si aliquis uoleus stare in platea communis, & non posset esse in concordia cum dicto conductore habendi stallum in dicta platea de pœsione ipsius stalli: quòd tunc habere debeat stallum in dicta

dicta platea in loco ubi placuerit tertio iudici: & soluere illam pensionem, quam declarauerit ipse tertius iudex.

Item: quòd quicunque habuerit, uel tenuerit aliquod stallum in dicta platea modo prædicto, teneatur omni sero accipere, uel accipi facere inde dicta stalla, ita quòd tempore nocturno nullum impedimentum faciant, nec facere possint in dicta platea, sub pœna decem soldorum march, pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Et quilibet possit accusare, & denunciare. Item: quòd nullus reuenditor dictarum rerum possit tenere tempore nocturno aliquod discum, seu obstaculum extra pilastros palatiorum communis. Nec etiam aliqua alia persona possit discaricare aliquem currum lignorum: cuporū: nec lapidum in platea communis Mutinæ, nec tenere de nocte in dicta platea aliquas botellas, uegetes, scrineos, arcas, nec aliqua uasa, quæ impediunt dictam plateam, sub pœna quinque soldorum march, pro quolibet, & qualibet uice. Et conductor dicti redditus non possit dare aliquam licentiam, nec facere aliquam locationem contra prædicta, sub pœna uiginti soldorum march, pro quolibet, & qualibet uice. Et dicta talis licentia non ualeat ipso iure.

Redditus fundorum nauium, quæ conducuntur in districtum Mutinæ, & extra per flumen Situlæ, & nauigij.
Rubrica XXXXII.

Dictus redditus fundorum locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quòd dictus conductor, eius socij, & officiales, & habentes causam ab eo habere debeant, & accipere possint a quacunque persona, communi, & officiali, collegio, & uniuersitate de quolibet, & pro qualibet nauis, tam in eundo q̄ in redeundo: in discedendo, & ueniendo, quam conduxit, parua, uel magna alicuius conditionis, exceptis sandalis non portatibus ultra quatuor, uel quinque personas, in districtu, uel extra districtum Mutinæ, uel pontē saluaticum, eundo uersus Ferrariam, uel citra dictum pontem ueniendo uersus Mutinā, uel de aliquo districtu, in districtum Mutinæ per flumē Situlæ, seu canale, uel aliquod eorū, sex soldos march. Et quicunque conduxerit aliquam nauim dicto modo per dictū flumen, siue canale, uel alterum eorum, teneatur, & debeat soluere dicto cōductori, uel eius socijs, uel habenti causam ab eo, dictum

datum sex solidos mar. pro quolibet naui, & qualibet uice, & tam in eundo, ueniendo, & redeundo: tam si fuerit ponderata, q̄ non, dummodo non sit uacua: quo casu nihil soluatur: Et intelligatur esse uacua, ubi in ea non sint nisi necessaria pro gubernatione nauis, & ipsorum nauarum pro eorum uictu: incontinenti, antequam se moueat, uel discarrigetur ad portum Situlæ, uel canalis, siue antequam extrahatur de castro finalis: sub pœna, & banno pro quolibet, & qualibet uice, soluendi pro quolibet soldo dicti datij sex solidos mar. dicto conductori, uel socijs, uel habenti causam ab eo. Et dictus conductor seu socij, & officiales sua propria auctoritate possint accipere, seu accipi facere cuilibet sic conducenti, uel contrafacienti pignora pro dicto datio, eis dicto modo soluendo. Excepto, quod de nauibus hominum castri finalis uenientium in districtu Mutinæ pro lignis cuiuscunque generis pro eorum usu, & oportunitate in singulari, & in communi, nihil soluatur, tam p̄ accessu, q̄ pro reditu. Saluo quod de nauibus, in quibus conduceretur aliquod bladum, quod conduceretur in ciuitatem Mutinæ nihil debeat solui dictis conductoribus. Sed fiat illud quod ordinabitur per commune Mutinæ.

Redditus lignaminis. Rub. XXXXIII.

Redditus lignaminis prædictus locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis: quod qualibet persona tam terrigena quam forensis, & cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ conduxerit, uel conduci fecerit extra ciuitatē, & districtum Mutinæ aliquod lignamen, a ponte saluatico infra per nauigium, uel aliunde extra districtum Mutinæ, teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus de dicto lignamine, sic extrahendo de dicto districtu, uel a ponte saluatico infra, prout inferius continetur, uidelicet: pro quolibet curru assidum roboris: plopæ: albari: quercus: & castaneæ foldos quindecim mar. Et intelligatur lignamē laboratum, & pro eis solui debeat gabella prædicta ad rationem prædictam. Naues uero, burchioni, & sandoni nouæ, & noui, quæ, & qui conducerentur extra districtum Mutinæ prædictū similiter. AEstimatio uero dictarum nauium, burchionum, & sandonum prædictorum, si partes non essent concordēs, fiat per duos bonos uiros eligendos, unū per officiale gabellarū, & alium per conductore dicti lignaminis, qui

qui suo sacramento debeat æstimare. Item de quolibet curru trabium: cæteriorum: bordonalium, & cuiuslibet alterius lignaminis laborati, uel non laborati, de quo non soluerit aliquid pro redditu strata solui debeant duodecim soldi mar.

Item: quod de quolibet lignario lignorum ad comburendum solui debeant soldi quinque mar. excepto q̄ de lignis a comburendo conductis per homines castri Finalis pro eorum usu. Et quæ supra dicta sunt non uendicent sibi locum in lignamine cuiuscunque generis conducendo de ciuitate Mutinæ, uel districtu in aliquem locum diocesis Mutinæ pro usu conducentis, seu conduci facientis, uel econtra. Saluo etiam semper, & reseruato, quod pro redditu non soluatur aliquid de aliquo lignamine, de quo soluerit, uel solui debet gabella pro redditu strata. Et saluo, quod de lignamine grosso non laborato, quod conduceretur de alpiibus per flumen Situlæ, uel scultennæ ad ciuitatem Ferrariæ tantum, de quo nihil soluiatur etiam secundum formam modorum dicti redditus strata. Et quod dictæ personæ sic extrahentes de districtu Mutinæ, debeant soluere pro dicta gabella dicto conductori dicti redditus, antequam ipsum lignamen conduxerint extra districtum Mutinæ; sub pœna dupli eius quod soluere deberent pro dicto lignamine, & amissionis dicti lignaminis quod conduceretur contra prædicta.

Redditus strata, & equorum. Rubrica XXXXIII.

Dictus redditus strata, & equorum locetur plus offerenti pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quod qualibet persona, tam ciuis q̄ forensis, cuiuscunque conditionis, & status existat, qui per se uel alium, directe uel indirecte, uel alio quocunque modo, qui dici, uel excogitari possit de iure uel de facto, conduceret, uel conduci faceret aliquam de infra scriptis rebus, uel bonis, seu animalibus inferius nominatis, uel non nominatis extra ciuitatem burgos, seu districtum Mutinæ, etiam si dictæ res, & animalia infra scripta, & infra scripta conducerentur de alieno territorio per ciuitatem Mutinæ, uel districtum, & conducerentur extra districtum Mutinæ teneatur, & debeant pro tracta soluere conductori dicti redditus, uel suis

focijs, uel officialibus, uel habenti causam ab eo, antequam ipsas bestias mercationes, uel res extraxerint de ciuitate Mutinæ, uel districtu, sub poena dupli eius, quod soluere tenerentur secundum modum, & formam inferius denotatam. Saluo, quod si aliquis ciuis, uel comitatus ciuitatis Mutinæ extraxerit de ipsa ciuitate, uel circis aliquas bestias, dummodo ipsas non conducat extra districtum Mutinæ, nihil de dictis bestiis soluere teneatur dicto conductori nec habere bullettam.

Modus uero dictæ solutionis fidei infra declarabit uidelicet. De summa setæ laboratæ, uel non laboratæ. De summa argenti in petijs, uel bulzonis. De summa zafrani. De qualibet libra ponderis dictarum rerum, & cuiuslibet earum denarios quatuor mar. De libra granæ soluantur denarij duo mar. De qualibet libra folleselli laborati tincti, & non tincti denarij unum. De summa quorumlibet pannorum ultramontanorum. De summa pellizariæ uaræ nouæ. De summa pellizariæ Angliæ. De summa librorum omnium soluantur soldi quadraginta mar. pro qualibet summa dictarum rerum. Exceptis libris Grammaticalibus, Poematibus, Historiographis, & Loicalibus, qui non portantur causa uendendi sed pro usu suo, de quo stetur iuramento talis portantis tales libros, inspecta, & considerata qualitate, & conditione per sonarum, & librorum. Et idem intelligatur uidelicet, nullam gabelam solui debere de libris, qui portarentur occasione rationum suarum. De summa burchirani: brasilis: telarum de lino: pannorum de lino, & toualearum, bindarum, & uelorum de lino uel stuppa: de qualibet summa dictarum rerum, soldi uiginti quinque mar. De summis coraminis cuncti. Lanæ ultramontanæ finæ. Rerum ultramontanarum. Strazariæ coloris. Pellizariæ uaræ ueteris. Speciarum. De qualibet summa dictarum rerum, & cuiuslibet earum soldi uiginti mar.

De summis comini. Aneforum. Feniculorum. De summa cuiuslibet istarum rerum sold. duodecim mar.

De summis pannorum de Mediolano. Pannorum de Cumis. Pannorum de Florentia. Pannorum de tutalanæ de Bononia. Pannorum de Parma. Pellizariæ saluaticæ. Coriorum bouum forensium. De qualibet summa dictarum rerum soldi uiginti mar.

De summis bombicis cuiuscumque conditionis. Lanæ tunicis de ducenta. Ceræ. Dactylorum. Zaccaratorum. Vuæ passæ. Guadi. De summa cuiuslibet dictarum rerum soldi quindecim mar.

De summa pannorum mezalanæ de Bononia: Parma: Mâtua: Verona: Lanæ

Lanæ grossæ, uel tramontanæ. Bisellorum. Agnellinorum tinctorum, & non tinctorum. Pignolorum lini. Curionum, & pellicum. Pellizariæ domesticæ. Borationum. Funium carezolorum. Recalchi. Saleti. Butiri. Amigdalarum. De summa cuiuslibet dictarum rerum soldi duodecim mar.

Pignolorum extractorum de pignis. Nizolarum. Ficuum de piscaria: Romandiola: Marchia: & Apulia. Ferri laborati. Cuiuslibet metalli laborati. Casei. Merzadriæ. Buxi. Scodani. De summa cuiuslibet dictarum rerum soldi duodecim mar.

Item de summa cuiuslibet rei non nominatæ supra, uel infra, solui debeant soldi duodecim mar. in quibus non intelligatur lignam, de quo infra fit mentio.

De summis canipæ grossæ, & ferri non laborati soldi octo mar:

Plumbi non laborati: stagni non laborati: rami non laborati: terutiminis de qua non fit recalcum: lebetum de petra: zucarum siccarum: seminis lini, & canipæ: tassi, uel tartari: cineris de cerro: foloæ: ualania: gallæ: pili: tozororum: strazariæ de bisellis. De summa cuiuslibet dictarum rerum soldi octo mar.

De summa strazorum a cartis soldi quinque mar.

De quolibet curru carbonis soldi duodecim mar. Saluo semper, quod carbo de lignamine castanæ non possit extrahi, nec concedi licentia, uel bulletta fieri ullo modo.

De quolibet corio bouum nostranorum sold. quatuor mar.

De quolibet quartario uini forensis conducti extra districtum Mutinæ sold. sex mar.

De quolibet curru scudellarum: taieriorum: butationum: sitularum: concarum: circhiorum: gambonorum: & cuiuslibet lignaminis laborati: de quo non soluerit gabellam lignaminis, sold. uiginti mar.

De qualibet botesella soldum unum mar.

De quolibet curru uasorum de uitro, alliorum, caparum, bestornorum sold. uiginti mar.

Et si portaretur in summis, de qualibet summa sold. quatuor mar.

De qualibet mola agostana marcelina sold. uiginti mar.

De qualibet alia mola sold. decem mar.

De quolibet boue uel uacca sold. decem mar.

De quolibet manzo seu manza sold. sex mar.

De quolibet uitulo seu uitula. sold. quatuor mar.

Et quod contenta in dictis tribus paragraphis intelligantur de bestiis conducendis de territorio forensi transeuntibus per ciuitatem Mutinæ, uel districtum in aliud territorium:

S T A T V T A

De bestijs autem prædictis, quæ sint de ciuitate Mutinæ, uel districtu, soluantur soldi duo mar. plusquam pro qualibet bestia, quæ superius continetur, & quæ solitum fuerit hætenus solui.

De quolibet mazali masculino, uel foemina, uel porca sold. sex m. Saluo, quod nulla persona terrigena, uel forensis possit, uel debeat conducere, seu conduci facere extra districtum Mutinæ aliquos temporales masculos, uel foeminas: aliquos castronos: hircos: montonos: agnos: capretos: pecudes: uel capras: gallinas: pullos: nec oua: neque aliquas carnes saluaticas cum bulletta, uel sine bulletta. Saluo, quod si aliqua de dictis bestijs, uel rebus contentis in præsentis capitulo, conduceretur de alieno districtu in ciuitatem Mutinæ, uel districtum, ipsis bestijs, & rebus prius uisis in alieno districtu, antequam conducantur de alieno districtu per duos bonos uiros, qui hoc cum sacramento dicant, quod tunc de dictis bestijs, uel rebus sic uisis extra districtum Mutinæ, fiat bulletta. Et aliter dictas bestias, & res extrahere non possit, soluendo de quolibet castrono: hircos: montono. pecude, & capra soldum unum mar. Et de quolibet pari pullorum duo denarij soluatur. Et de quolibet pari phasianorum, & perdicum quatuor den. De quolibet capriolo soldus unus. Et de quibuscunque alijs carnibus siluestribus, uidelicet animalibus mortuis soluatur pro qualibet libra pondetis den. unus mar. De quolibet agno, & capreto den. sex mar.

De quolibet temporali, qui sic conduceretur de alieno territorio ut supra dictum est soldi duo mar.

De qualibet sella noua fulta, uel non fulta soldi quatuor mar.

De quolibet scuto, seu clipeo soldus unus mar.

De quolibet cultello a galone soldus unus mar.

De quolibet ense spunctono, & qualibet cerueleria den. tres mar.

Item de armis de smalea, uel de plastris, de qualibet libra pondetis dictorum armorum denarij duo mar.

Item de quolibet penso olei nucum soldus unus mar.

Item de quolibet penso olei, uel seminis lini den. sex mar.

De quolibet uiario gambarorum den. decem & octo mar.

De summa piscium recentium soldi uiginti mar.

De summa piscium siccorum soldi quadraginta mar. Saluo, quod aliqui pisces uiui nostrani, uel forenses, qui uidelicet essent in ciuitate Mutinæ per quindecim dies ante tempus quadagesimæ, uel quod conducerent uiui, durante tempore quadagesimali, non possint extrahi extra ciuitatem Mutinæ, uel districtum, nec de eis possit fieri aliqua bulletta, uel dari licentia, dicto tempore quadagesimali durante.

Item

GABELLARVM.

53

Item de quolibet centenario lanæ nostranæ soluantur soldi uiginti mar. Et intelligantur lanæ nostranæ, lanæ Mirandulæ, Mantuanæ, Veronenses, & Ferrarienses, & lanæ totius districtus, & diocesis Mutinæ.

Item de summa mellis soldos quindecim mar.

Item de qualibet libra songiæ, sepi, & grassæ denarij duo mar.

De quolibet quartario uini nostrani, quod conduceret extra districtum Mutinæ soldos tres mar. Et appellatur uinum nostranum etiam uinum sorbellum, & etiam aqua de uita.

De qualibet libra carnum salitarum, & lardi denarium unum mar.

Item, quod quilibet ciuis, & comitatinus habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus, qui equum, uel equam, mulum, uel mulam, asinum, uel asinam, extraxerit de ciuitate Mutinæ, uel districtu, alienandi causa, quocunque alienationis nomine, soluat conductori dicti redditus, siue eius socijs, uel officialibus, uel habenti causam ab eo soldos quindecim mar. pro quolibet equo: equa: mulo, uel mula, & soldos octo mar. pro quolibet asino, uel asina.

Et intelligatur extraxisse animo alienandi, nisi infra quadraginta dies ipsas bestias, uel bestiam probauerit non alienasse, a die extractionis incohandos. Mercatores autem, qui per ciuitatem Mutinæ, uel districtum de supradictis bestijs ad alium districtum conduxerint causa negotiandi, uel mercationem faciendi, soluat soldum unum mar. pro singula libra æstimationis earum. Item: quod omnes, & singulæ mercationes, seu res, quæ consistunt in pondere, & pensari consueuerunt, quæ extrahuntur de ciuitate Mutinæ, uel districtu, pensentur, & pensari debeant ad stateram communis Mutinæ ad hoc deputatam, ad hoc ut sciatur ueritas, & datium non possit fraudari. Saluo, quod si aliqua ciuitas, castrum, uel locus acciperit pro datio, pedagio, uel gabella aliquid plus ciuibus, uel comitatibus Mutinæ, quæ eis accipiatur in ciuitate Mutinæ pro supradictis rebus, & mercationibus, seu aliqua earum, tantum plus, quæ superius continetur possit accipi per conductorem, socium, & officialem dicti redditus illis talibus personis, & mercatoribus de prædictis ciuitatibus, terris, & castris, & locis impunè.

Item etiam saluo, quod si aliquis ciuis, uel comitatinus Mutinæ, iuerit ad aliquod carregium extra districtum Mutinæ cum bobus, uaccis, equis, equabus, & ipsas bestias reconduxerit ad ciuitatem Mutinæ, dictis conductoribus nihil soluere teneatur.

Item: quod si aliquis soldatus, qui fuerit ad soldum III. d. n. a dicto soldo se uoluerit separare uoluntariè: uel quod sit cassus, possit suos

E 3

equos, quos ad soldū dicti Dñi habuerit, & sua arma extrahere de ciuitate Mutinæ, & districtu absque aliquo datio, uel gabella soluē da dicto conductori.

Item etiam saluo, quòd de pannis de dorso, uel lecto portādis in ualissa, uel fumario pro suo usu, nullus terrerius, uel forensis dicto conductori datum, uel gabellam soluere teneatur.

Item: quòd si contigerit aliquem iudicem ire in aliquam assessoriam, uel officium, uel aliquem scolarem, ciues Mutinæ ire in aliquod studiū extra districtum Mutinæ, quòd suos libros possint deferri facere extra ciuitatem Mutinæ, & districtus absque aliquo datio, uel gabella soluenda.

Item etiam saluo, quòd si contigerit aliquē ciuem Mutinæ ire in aliquo regimine, uel officio, quòd ipse pro suis equis: rebus: arnelijs, uel aliquo eorum, uel aliquo suorum officialium, nullam gabellam, uel datium soluere teneatur. Et nullus officialis qui uerit ad aliquod officium in ciuitate Mutinæ, uel districtu, uel in aliquo alio loco subiecto iurisdictioni Ill. d. n. in eundo, uel redeūdo aliquam gabellam, uel daium pro suis equis, uel rebus, uel aliquorum suorum familiariorum soluere teneatur. Idem intelligatur de stipendiarijs præfati d. nostri uenientibus ad ciuitatem Mutinæ, & transeuntibus per ipsam ciuitatem Mutinæ, & districtum pro eundo ad loca eis deputata, deferendo, & deferri faciendo res suas prædictas.

Item: quòd nulla persona, alicuius conditionis possit, uel debeat aliquas mercationes, uel res, seu aliquam ex bestijs prædictis, de quibus debeat solui gabella, extrahere, uel extrahi facere extra ciuitatem Mutinæ, & districtum absque licentia, & bulletta dicti conductoris, & suorum sociorum, uel officialium, seu habentium causam ab eo, nisi primo soluerit datium, & gabellam prædictam conductori prædicto, uel officialibus prædictis, sub pœna dupli eius quod soluere tenetur secūdum formam, & modum superius specificatum, & scriptum, & amissionis dictæ mercatantiæ, rerum, & bestiarum non gabellatarum, & de quibus non est soluta gabella prædicta, tantum, quas conducerent, uel conduci facerent contra prædictam formam: ac etiam nauis, curruum, & animalium cum quibus, & super quibus conducerentur dictæ res, uel mercationes.

Item: quòd nulla persona terrigena, uel forensis, officialis, uel soldatus, siue aliqua alia persona potens, uel popularis alicuius conditionis, uel status audeat, uel præsumat per se, uel alium, publicè, uel priuatè, conducere uel conduci facere, extrahere, uel extrahi facere,

facere, neque ad aliquem locum aliquos conducentes, uel conducere uolentes aliquas res, mercationes, seu bestias, de quibus solui debeat gabella prædicta, sociare uel sociari facere, scortare uel scortari facere, seu canfare, nec aliquod auxilium, consilium, uel fauorem eis præstare, nisi primo habuerit bullettam a dicto conductore, uel suis officialibus, & eisdem officialibus soluerit gabellam prædictam extra ciuitatem, & burgos Mutinæ, siue extra districtū Mutinæ: sub pœna decē librarū mar. p quolibet, & qualibet uice.

Item: quòd quælibet persona, quæ conduceret extra ciuitatē, burgos, seu districtum Mutinæ aliquam, nel aliquas ex dictis rebus mercandandis, uel rebus, de quibus soluitur gabella prædicta, teneatur ostendere literas, uel bullettas dicti conductoris, uel suorum officialium, ei factas occasione dictarum rerum conducendarum extra ciuitatem Mutinæ ipsi conductori, uel officiali ad quālibet portam ciuitatis Mutinæ, per quam exire uoluerit, uel ubicunque in districtu Mutinæ per officialem dicti conductoris, uel officialē ad deueta fuerit requisitus: ita quòd possit eam legere, & cognoscere, sub pœna decem librarū mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quòd quilibet mercator ciuis, uel forensis, qui non sit bānitus, uel inimicus Ill. d. n. & communis Mutinæ, possit licitè, & impunè non obstantibus aliquibus represaleis, seu aliquo statuto, seu reformatione factis, uel fiendis, uel aliquibus alijs, uenire ad ciuitatem Mutinæ, & transire, & redire per districtum, & ciuitatē Mutinæ, & in ciuitate Mutinæ stare per unam diem, uel duos dies cum suis rebus, bestijs, uel mercatantijs, quas conducere uoluerit extra districtum Mutinæ cū uno socio, seu famulo, & rebus, & mercationibus suis de alieno districtu conductis, faciendo scribi, & denunciando dicto conductori, uel suis socijs, uel officialibus res, & mercationes illas, & bestias, quas sic conduxerit de alieno districtu ad ciuitatem Mutinæ ea die, uel sequenti ante tertiam, qua iunxerit in ciuitatē Mutinæ, & aliter non faciendo fidem, quòd ipsas res conduxerit de alieno districtu, non obstante statuto cōmunis Mutinæ loquente de represaleis quod incipit. Si contigerit, & finit: non obstante. Saluo, quòd quilibet de illa terra, contra quam aliquis ciuis, uel comitatus Mutinæ, soluens collectas communis Mutinæ, habet, & habuerit represaleas: soluerit habentibus ipsas represaleas soldos tres mar. si fuerit eques, & unum soldum march: si fuerit pedes, ultra id, quod soluere tenebatur communi, seu datarijs: qui tunc soluens securè possit stare in ciuitate Mutinæ quantum uoluerit pro illa uice. Saluo quòd id, quod recipere

habentes dictas represaleas, faciant scribi notario cameræ actorum in uno libro per se. Et prædicta locum non habeant in represaleis suspensis donec steterint suspensa.

Item: quòd conductor dicti redditus, eius officiales, & socij, & habentes causam ab eo, & quilibet eorum: per se propria auctoritate possit, toties quoties sibi placuerit, & per alios quos uoluerit, circare, & circari facere omnes, & singulos ballonos, & ballas, fardellos, & saccos, ualixias, & torxellos cuiuscunque conditionis sint, quæ conducerentur, uel extraherentur de ciuitate Mutinæ, burgis, seu districtu cum bulletta, uel sine bulletta dictorum fuorum sociorum, uel officialiū suorum, uel habentiū causam ab eis. Et quòd nulla persona per se, uel per alium audeat, uel præsumat contradicere socijs, uel officialibus, uel factoribus, quin prædictas res, & mercatantias circant, uel circari faciant ad eorum uoluntatem, sub pœna amissionis dictarum rerum.

Item: quòd nulla persona terrigena, uel forensis, cuiuscunque conditionis existat, debeat petere nec sibi fieri facere bullettam de una re, seu mercatantia pro alia, seu sub nomine unius rei pro alia in fraudem dicti datij, uel gabellæ, sub pœna prædicta: nec petere, nec sibi fieri facere aliquam bullettam alicuius, seu aliquarum rerū, quæ non sint suæ propriæ, nisi primo ante dixerit, & exposuerit publice dictis conductori, officialibus, & socijs nomen, & pronomen illius, seu illarum personarum, cuius, uel quarum fuerint propriæ dictæ res, uel mercationes.

Item: quòd aliqua bestia uel res, extrahendæ de districtu Mutinæ, de quibus debeat dicto conductori solui aliquid occasione dictæ gabellæ, conductæ extra ciuitatem Mutinæ, burgos, & districtum sine licentia, & bulletta dictorum conductorum, sociorū, & officialium cuiuscunque conditionis sint, & quantæcunque quantitatis sint, ex nunc prout ex tunc intelligantur ire, & fore conductæ contra præcepta, bannimenta, & ordinamenta datij, & gabellæ prædictæ etiam in fraudem dicti datij, & gabellæ. Et cōducens, & conduci faciens contra prædictam formam, incidat & incidisse intelligatur pœnas prædictas, & amissionis dictarum rerum, seu bestiarum, si placuerit ipsi conductori.

Item: quòd quicunque conduxerit ad uendendum aliquas bestias ad mercatum Mutinæ de alieno districtu, aut episcopatu, uel territorio, possit ipsas bestias reconducere ad locum, unde ipsas cōduxerit, si prædictas non uendiderit infra tres dies proxime sequentes, absque solutione alicuius gabellæ pro tracta ipsarū bestiarum.

Item

Item: quòd de bestijs ciuium habitatorum ciuitatis Mutinæ, & districtus, quæ tenerentur in ipsa ciuitate uel districtu, quæ pro pascendo, uel uernando extrahuntur, seu extraherentur, & seu quæ de dicto districtu extraherentur tempore fugæ, uel guerræ, uel occasione timoris guerræ, nihil omnino soluatur: Sed teneantur extrahentes, seu extrahi facientes accipere licentiam, seu bullettam a dicto conductore, uel suis officialibus, & dare in scriptis uerum numerum bestiarum extrahendarum occasionibus prædictis, sub pœna solutionis gabellæ omnium bestiarum extractarum, quæ tamen licentiam dicti extrahentes petere non teneantur, quando timore guerræ, uel fugæ dictas bestias extraherent. Sed infra terminum decem dierum adie extractionis dictarū bestiarum: ipsarū extractionem, & sub pœna solutionis gabellæ omnium bestiarum extractarum, numerum indicare, & nuntiare teneantur dicto conductori, uel eius officialibus. Et teneantur ipsi conducentes, seu conduci facientes propter guerram, uel fugam, eas bestias omnes sic ut supra extractas reducere in districtum, seu ciuitatem Mutinæ infra unum mensem, incohandum a die pacis subsequenter, uel treguæ, uel timoris elapsi, uernadi causa usque ad mediū mensem lulij proximè secuturi. Extractas uero propter pasculū, usque ad medium mensem Nouembris, alias, elapsis dictis terminis, cogi, & compelli possint, & debeant ad solutionem dictæ gabellæ pro illis bestijs, quas non reduxerint in ciuitatem Mutinæ, uel districtum, ac si eas extraxissent de dictis ciuitate, & districtu animo non reducendi in dictā ciuitatem, & districtum. Et hoc nisi dictæ bestia mortuæ sint, uel aliquo casu perditæ: de quo fidem facere teneantur cōductores suo iuramento cum uno teste idoneo.

De bestijs autem, quæ in territorium, seu districtū Mutinæ causa pascendi, seu timore fugæ, uel guerræ aliquo modo conducerentur in ciuitatem Mutinæ, uel districtum, per aliquas personas forenses, seu habitatores alterius territorij, & extraherent postea de ipsis ciuitate, seu districtu: pro quibus consuetum est solui gabellā prædictam: gabella extractionis soluatur, & solui debeat, & ad hoc cogi, & compelli possint conductores, seu extractores earum. Et teneatur conducens tales bestias, de quibus solui debeat gabella prædicta, postquam fuerit in territorium Mutinæ infra octo dies, denuntiare omnes bestias, quas conduxerit, conductori dicti redditus: sub pœna gabellæ duplicatæ, & quinque soldorū mar. pro singula bestia. Et cogi, & compelli possint taliter conducentes per conductores dicti redditus, suos socios, & officiales, & habentes

causam ab eis ad præstandum cautionem idoneam de soluendo dictam gabellam. Et hoc ultimum sibi uendicet locū, si per dictū conductorem gabellæ, uel eius officiales fuerit legitime denunciatum per unum ex nuncijs communis Mutinæ, & in scriptis: de cuius relatione constet ex actis notariorum tertij iudicis, talibus conducentibus de alieno districtu ipsas bestias: quam poenam incurrat ille, in cuius domo uel curia, propria, uel conducta dictæ bestia teneantur, si eodem modo supra scripto legitime fuerit nunciatum ut supra.

Item, quod liceat cuilibet ciui, & habitatori ciuitatis Mutinæ, uel comitatino, & habitatori burgorum, uel districtus dictæ ciuitatis, habenti aliquas suas possessiones, uel terras, super quibus haberent aliquas bestias extra districtum Mutinæ, cuiuscunque conditionis sint, uel etiam alibi extra dictas suas possessiones, uel terras, in socidam, uel ad collaticam, uel alio quolibet modo in districtu alicuius territorij non obedientis Mutinæ: tempore guerra, uel timoris guerra, uel fuga: tunc istis casibus imminente periculo alicuius istorum casuum, de quo periculo, si uerteretur in dubium, stetur deliberationi, & determinationi regiminis Mutinæ, & in quolibet dictorum casuum liceat dictis personis conducere, uel conduci facere dictas suas bestias in ciuitatem, districtum, & diocesim Mutinæ, & extra districtum, & diocesim etiam si irent per dictum territorium per transuersum, uel in redeundo sine solutione dictæ gabellæ. Ita tamen, quod postquam talis sic conduxerit dictas suas bestias, teneatur denunciare dicto gabellario dictas suas bestias, & in quo loco sint dictæ bestia infra tres dies tunc proximè futuros: si locus ille, ad quem dictæ bestia conductæ fuerint, erit in ciuitate, uel districtu Mutinæ. Et infra terminum quinque dierum tunc proximè futurorum, si locus, ad quem dictæ bestia fuerit conductæ, erit extra ciuitatem, & districtum Mutinæ. Et si dictus sic conducens contrafecerit, teneatur dictam gabellam soluere ut superius dictum est.

Item: quod ciues, & habitatores ciuitatis Regij, & Parmæ pro rebus, & mercantijs, quas conducerent a ciuitate Venetiarum, seu Ferrariæ ad ipsas ciuitates Regij, & Parmæ per nauigium Mutinæ seruetur, & seruari debeat illud quod continetur in literis Ill. domini nostri super huiusmodi conditione mercationum emanatis.

Item: quod qualibet persona cuiuscunque conditionis existat, quæ uendiderit, dederit, uel alio quocunque modo in alium forem transtulerit aliquas mercationes, seu bestias, aut res, de quibus

bus solui debeat gabella prædicta, & dictus emptor, & quicumque in quæ translata fuerint aliqua res, uel bestia, dictas res, uel bestias extraxerit de districtu Mutinæ sine licentia, uel bulletta dicti conductoris, uel officialis dictæ gabellæ: quod tunc, & eo casu teneatur, & debeat dictus uenditor, dator, seu translator facere, & curare cū effectu, quod pro talibus rebus, & bestijs, sic extrahendis dicto conductori, uel eius officiali gabella soluatur, alioquin ad solutionem ipsius gabellæ compelli possit, & debeat.

Redditus stateræ, in qua massarius sancti Geminiani habet partem. Rub. XXXXV.

Redditus stateræ communis Mutinæ, in qua massarius S. Geminiani habet partem, locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quod conductor dicti redditus, eius socij, & officiales, & habentes causam ab eo possint licite colligere, & habere, accipere, exigere, & recuperare ad suam utilitatem, & commodū, a quacunque persona terrigena habitatrice ciuitatis Mutinæ, uel districtus, quæ uendiderit aliquas mercationes, uel res, quæ pensentur, uel pensari debeant alicui ciui, uel habitatori ciuitatis Mutinæ, uel districtus, & quæ sint ponderis a quinquaginta libris supra, sex denarios mar. Et a quolibet forense emente, & uendente aliquas mercationes, uel res in ciuitate Mutinæ, uel districtu, quæ pensentur, & pensari debeant, & quæ sint maioris ponderis quinquaginta librarum, sex den. mar. pro quolibet centenario dictarum rerum, seu mercationum: Abinde supra pro rata: de quibus sex denarijs aliquis ciuis, uel comitatus, uel habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus nihil soluere teneatur. Saluo, quod pro quolibet centenario foeni, uel paleæ non possit accipi ab aliqua persona de ipso foeno, uel palea uendito ad centenarium, nisi a foenariolis, & reuenditoribus continuis dicti foeni, uel paleæ circa plateam communis Mutinæ, uel alibi: qui tantum soluere teneatur unum den. pro singulo centenario foeni prædicti, & paleæ, & non ultra. Et quod quilibet ex dictis uenditoribus dictarum rerum, & mercationum ponderatarū, uel quæ ponderari debeant, & de pondere a quinquaginta libris supra, & uendentes ad pondus teneantur, & debeant soluere conductori dicti redditus, seu eius socijs, & officialibus dictam gabellam, & datum ut superius continetur eo die

quo fuerint pensata dicta mercationes, uel res: sub poena dupli dicti datij, & gabellæ. Et si conductor dicti redditus aliquid acciperet ultra dictum modum, puniatur pro qualibet uice in soldos decem mar. Et quod ultra acceperit restituat. De quo credatur sacramento mercatoris, qui pensari fecerit.

Item: quod officialis deputatus ad stateram prædictam teneat etiam pensare, & pensari facere omnes mercationes, & res, quas uoluerit conductor, & officialis stateræ, & introitus mercantiarum, licet de eis non debeat solui dicta gabella stateræ, sub poena soldorum uiginti mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice.

Item: quod omnes, & singuli, tam ciues, q̄ comitatini, & forenses, & cuiuscunque conditionis, & status existant, qui conduxerint, seu conducerint, extraxerint, seu extrahi fecerint aliquas mercationes, uel res, quæ consistant in pondere, de ciuitate Mutinæ, & districtu extra ciuitatem, & districtum, teneatur, & debeant facere pensari ad stateram communis Mutinæ locatâ dicto conductori, antequam eas extrahant, uel conducant extra ciuitatē Mutinæ, & districtum, & soluere dictis conductoribus dictū datium, & gabellam, uel suis officialibus ea die, qua pensata fuerint dictæ res, seu mercationes. Saluo nisi primo fuerit in concordia cū dicto conductore, uel suis officialibus, sub poena dupli.

Item: quod officialis gabellæ stratae, nec conductor dicti redditus, possint, nec debeant facere aliquam bullettam alicuius mercationis in pondere, nisi primo pensata fuerint ipsæ mercationes cū statera prædicta, & soluerit dicto conductori, uel suis officialibus datium supra scriptum: sub poena sold. uiginti mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice.

Item ad tollenda iurgia, & contentiones, quæ quotidie uerebantur inter conductorem dictæ gabellæ stateræ, & conductores gabellarum mercationum, magnæ, & paruæ, occasione salarij pensatoris, seu officialis deputati ad pensandū, declarauerunt quod salarium dicti officialis soluatur pro dimidia per conductorem dictæ stateræ: & alia dimidia tres partes per conductorem gabellæ mercantiarum magnæ, & quarta pars dictæ dimidiæ per conductorem dictæ gabellæ additionis mercantiarum paruarum.

Redditus mercantiarum. Rub. XXXXVI.

Redditus mercantiarum locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis: quod qualibet persona tam terrigena, q̄ forensis, cuiuscunque

cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ decetero cōduxerit, seu conducerit aliquas mercationes, seu res cuiuscunque conditionis sint de alieno districtu, episcopatu, uel territorio in ciuitatē Mutinæ, uel districtū, uel comitatum, teneat, & debeat dare, & soluere cōductoribus dicti redditus unū soldum mar: p̄ qualibet libra pretij ipsarum mercationū, seu rerū secundum æstimationem de ipsis rebus, & mercationibus, quæ fiet singulis annis p̄ æstimatores ad hoc eligendos ante locationē ipsius gabellæ. Saluo, quod si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus extraxerit de ciuitate Mutinæ, uel districtu, & conduxerit ad aliquas feras, uel nundinas, aliquas mercationes, uel res extra districtū Mutinæ, & dictas mercationes, & res, siue partē earum reducerit in ciuitatē Mutinæ infra octo dies, dictam gabellam soluere non teneatur. Saluo: quod nullus ciuis, uel habitator ciuitatis Mutinæ, comitatus, uel districtus, teneatur soluere gabellam prædictā pro aliquibus rebus, quas conducerent, uel conducerent pro usu, & ornamento suo, & domus suæ, & illorum de familia sua, de quo stetur sacramento conducerentis, uel conducerentis. Quod locum non habeat in aliquibus rebus, seu utensilibus, conducendis pro ministerio, & artificio alicuius artificis conducerentis, seu conducerentis. Et si cōtingerit conducerentis, & conducerentis tales res de eis aliter, quàm pro suæ personæ ornamento, & illorum de familia sua disponere, condemnetur pro qualibet uice, qua sic disposuerit, in amissione ipsarū rerum, & ultra id in decem libris mar. Ac et saluo, quod licitū sit omnibus, & singulis personis, & mercatoribus cōducētibus, & conducere uolētibus aliquas res, uel mercationes de alieno episcopatu, uel territorio in ciuitatē Mutinæ, comitatū, uel districtū, eas res, & mercationes conducere, & tenere in ciuitate Mutinæ comitatu, & districtu p̄ quindecim dies postquā cōductæ, & repositæ fuerint in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu sine aliquo datio, uel gabella soluēdis p̄ ipsis rebus, uel mercationibus. Quod locū non habeat in habitatoribus territorij, & comitatus Mutinæ, q̄ nō distringunt p̄ cōe Mutinæ, q̄ omnino ipsam gabellā soluere teneant. Ita tñ, quod teneat mercator, seu conducerentis dictas mercationes, uel res, sic conducerentis reponere in fondico gabellæ, & ipsas ibi tenere, uel alicui ostendere, donec eas extraxerint, uel extrahere uoluerint de ciuitate, comitatu, uel districtu, alias si alicui ostenderet teneatur ad solutionem dicti redditus. Et si ultra dictum tēpus quindecim dierum aliqua persona tenuerit, uel habuerit dictas res in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu, quod dictas res, uel

mercationes non conducatur, seu conducatur extra ciuitatem, comitatum, uel districtum Mutinæ, teneatur, & debeat illa talis persona dare, & soluere cōductori dicti redditus, uel suis officialibus, uel habentibus causam ab eo, unum soldum mar. pro qualibet libra æstimationis dictarum rerum, & mercationum quemadmodum si uenditæ essent, uel conductæ causa uendendi in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu.

Item: quod non sit aliquis portator, nec aliqua persona, quæ possit, nec debeat accipere, seu discarricare de aliquibus nauibus, curribus, correctis, seu animalibus, aliquas mercationes, uel res de prædictis, nisi primo habuerit licentiam a conductore, seu officialibus dicti redditus, sub pœna, & banno trium librarum mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Et quilibet possit accusare, & denunciare contrafacientes.

Item: quod sit licitum conductori, & officiali dicti redditus accipere securitatem ab omnibus portatoribus de stangis, de blado, & nauigij, de non accipiendo, seu discarricando aliquas res, seu mercationes de aliquibus nauibus, curribus, correctis, seu animalibus, siue expressa licentia dicti conductoris, seu officialis. Et hoc sine aliqua solutione pecuniæ, sienda eidem, uel alicui eorum per dictos portatores occasione dictæ securitatis.

Item: quod qualibet persona tam terrigena, quæ forensis, cuiuscunque conditionis existat, quæ conduxerit, uel conducatur in ciuitatem Mutinæ, comitatum, uel districtum aliquas ex dictis mercationibus, uel rebus, de quibus solui debeat gabella ut superius dictum est, teneatur, & debeat mercator, seu conducatur faciens, uel conducens, antequam ipsæ mercationes, uel res discarrigent, uel reponantur in domo ipsius, uel aliena, denunciare, & dicere dicto conductori, uel eius officialibus, ad officium introitus gabellæ portarum existentibus, si ibi dictus cōductor eas huerit, & tenuerit, & aliter dictam denuntiationem facere non teneatur, quod cōduxerit dictas mercationes, uel res, & quales, cuiusmodi, & cuius conditionis sint, ita quod ueritas appareat. Et prædicta locum habeant in quocunque, qui conduceret prædictas res dillegatas. Sed quando cōducerentur ligatæ, ut puta in ualisijs, fradellis, bulgijs, capsis uegetibus, & similibus, tunc debeant presentari ita ligatæ, absque eo, quod aliter dicatur, quæ & seu quales res sint. Sed liceat officialibus, & gabellarijs qui stant ad portam tunc sigillare dictas res ita ligatas, uel inclusas. Et dictus conductor teneatur eas ita ligatas, & sigillatas portare, & presentare per uiam directam, & usitatam ad gabellam: aliter cadat in pœnam infra scriptam.

scriptam. Et gabellinus portæ, si uoluerit, possit ire cum dicto cōductore, & seu conducatur faciente dictas res. Et utroque casuum prædictorum ipsas mercationes per uiam rectam, & usitatam a porta ciuitatis, per quam intrauerit ad locum, ubi colligetur dicta gabella, presentare teneatur, & debeat. Et si contrafecerit, uel ueritatem non dixerit, uel fraudem commiserit in prædictis, uel aliquo prædictorum, condemnetur in centum soldis mar. pro qualibet re, de qua contrafactum fuerit, & amittat ipsam rem. Et albergator, & qualibet alia persona in cuius domo dictæ res deponerent, teneant, & debeant dictam denuntiationem facere dicto conductori, uel eius officialibus, sub pœna decem librarum mar. Quod lo cum non habeat in folellis, qui cōducentem de episcopatu Mutinæ.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis, cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ conduxerit, seu conducatur aliquas mercationes, seu res in districtum Mutinæ, uel comitatum, de quibus solui debeat gabella prædicta, non possit, nec debeat aperire ballam fardellum: ualissam: corigum: uel stoream: uel aliquid aliud, in quo, uel qua aliqua res de prædictis essent, uel conducatur, nisi in gabella: & nisi primo ipsas res ostenderit ita ligatas, & clausas. ut conductæ fuerint, dicto conductori, uel suis officialibus: & sine ipsius conductoris, uel eius officialium licentia, uel presentia: pœna, & banno dicto conducenti, & cuilibet alteri personæ, quæ aperiret, uel dillegaret prædicta, uel contra prædicta ueniret, & etiam hospitatori, & ei cuius fuerit domus, uel hospitium. s. in ea habitans. s. conducenti libr. decem mar. portatori, & illi alteri, qui aperiret, & hospitatori, & habitatori domus, & cuilibet eorum pro qualibet uice sold. centum mar. Et quilibet possit accusare, & denunciare quemlibet contrafacientem in prædictis, uel aliquo prædictorum. Et gabellator, aut officialis, uel habens causam ab eo, qui aperiret, uel dillegaret ballam, ualissam, uel fardellum, corigum, uel stoream, uel aliquid aliud in quo essent aliqua res de prædictis, uel apertori, & dillegatori ipsarum rerum interesset, uel consentiret in alio loco, quæ in domo, in qua officatur, & colligitur dicta gabella mercatæ in ciuitate Mutinæ, condemnetur in centum soldis mar. pro quolibet, & qualibet uice qua fuerit contrafactum irremissibiliter applicanda, & integraliter cameræ Ill. domini nostri; non obstante capitulo generali de diuidendis cōdensationibus inter cameram, & cōductores. Nec prædicta intelligantur in aliquo exonerate, uel reponente, nec in domum recipientem res, & mercationes ipsas tempore inhabili ad dictam denuntiationem siendam, uel ex tardita-

te tēporis, uel ex alia rationabili causa, q̄, an rationabilis sit uel nō, remaneat in arbitrio iudicantis, inspectis qualitatibus temporis dictarum rerum, & personæ conducentis dictas res. Et nihilo minus talis conducens, & exonerans, qui ex dictis causis fuerit excusatus ut supra, teneatur sine mora dictam denuntiationem facere.

Item: quod quicumque habitator castri Sancti Felicis, & territorij Mirandulæ, & cuius diocesis, uel comitatus Mutinæ, possit sine aliqua solutione dictæ gabellæ, conducere ad uendendum in ciuitatem Mutinæ lanas pecudum suarum, quas in dictis territorijs tenuerit. Et quod tenore præsentis capituli dictæ lanæ conducenda per tales habitatores intelligatur, & sint in districtu Mutinæ. Et quod si aliquis alius ciuis, uel forensis, seu alia persona non habitans in dictis territorijs conduxerit de dictis territorijs in ciuitatem Mutinæ aliquam quantitatem lanæ ad non uendendū, uel causa non uendendi, pro dicta lana dictam gabellam soluere teneatur: & eo casu intelligatur esse conducta de locis forensibus. Et nihilominus omnes conducentes lanā de territorijs prædictis, ipsam teneatur denuntiare, & præsentare officialibus prædictis ad gabellam prædictam; sub pœnis prædictis.

Item quod si aliqua mercationes, uel res conducerentur, ut supra, de quarum æstimatione non esset facta spetialis mentio, quod de eis solui debeat gabella prædicta secundum modum prædictū, & secundum æstimationem de eis fiendam per æstimatores ad hoc communiter eligendos per ipsos conductorem, & conducentē.

Redditus bestiarum, quæ uenduntur extra ciuitatem Mutinæ, & mercatum per burgos, & districtum Mutinæ, & per beccarios ciuitatis Mutinæ, Rub. XXXVII.

Locetur dictus redditus bestiarnm pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quod de qualibet bestia grossa, uel minuta, uiua, uel mortua, quæ uendetur, uel aliquo modo, titulo, siue causa alienabitur extra ciuitatem Mutinæ, & locum mercati bestiarum sitū in burgo Citanouæ ciuitatis Mutinæ, soluatur gabella dicti redditus conductori, uel suis officialibus, uel hñtibus causā ab eo, hoc modo uidelicet: quod p̄ uedētē, uel aliter quoquo modo, ut supra dictum est, alienatē soluatur soldus unus mar. p̄ singula libra precii, siue æstimationis eiusedē. Et p̄ emptorē, uel aliter quoquo modo accipientē sol-

soluantur denarij sex mar. Et hæc solutio fiat infra triduum, a die contractus iniri computandum. Et quod dicti contrahentes teneantur, & debeant infra dictum terminum denuntiare talem contractum prædicto conductori, uel eius officialibus, uel habenti causam ab eo. Et qui contrafecerit in prædictis, uel aliquo prædictorum, condemnetur pro quolibet animali grosso in soldis uiginti mar. & pro quolibet minuto in soldis decem mar. Et nihilominus soluere teneantur gabellam prædictam duplicatam dicto conductori. Et hoc locum non habeat in bestijs domesticis mortuis morte naturali, nec in leporibus, nec capriolis. De bestijs autem uenditis, seu emptis, aut aliquo alio modo alienatis intra ciuitatem Mutinæ, seu in loco mercati prædicto, nihil omnino soluatur: Saluo, quod beccarij, & quælibet alia persona, quæ uendiderit aliquam bestiam mortuam in grossum, uel minutum: dictus beccarius, uel alia persona uendens, uel quoquo modo aliter alienans, soluere teneatur totam gabellam: quæ ut supra dictum est, solui debet per ementem, uel uendentem extra ciuitatem Mutinæ, & locum mercati bestiarum prædictum, ut supra dictū est. Et hoc non obstante, quod dicta bestia empta fuerit intra ciuitatem Mutinæ, uel locum mercati prædictum. Idem seruetur in quocunque alio qui pro usu suo aliquam bestiam taliter emptam in dicta ciuitate, uel mercato, p̄ usu suo occiderit, seu occidi fecerit in ciuitate Mutinæ, uel districtu, quod totam gabellam soluere teneatur. Quod locum non habeat in porcis, qui occiduntur, & salantur pro conseruando ad longum tempus, uidelicet post Pasca Resurrectionis domini nostri Iesu Christi, etiam si extraherentur de ciuitate Mutinæ, uel districtu. Et omnia, & singula supradicta in præsentis capitulo locum non habeant in diuisionibus fiendis de ipsis bestijs, uel aliqua earum, nisi de additionibus fiendis per partes, uel aliquam earum tempore dictæ diuisionis, de quibus additionibus gabella prædicta solui debeat modo suprascripto, ac si ueditæ forent, si dictæ diuisiones factæ fuerint extra ciuitatem, uel mercatū Mutinæ.

Item: quod si aliqua persona conduxerit in ciuitatē Mutinæ, uel districtū, in causa occidendi, q̄ retinendi, exceptis beccarijs, qui soluere teneant, ut supra præcedenti capitulo. Et intelligant retinere, si steterint ultra quindecim dies, aliquas bestias de terris exemptis, uel non obedientibus de diocesi tantum, & episcopatu Mutinæ, donec fuerint inobedientes, soluere debeat dictus talis conducens duodecim denarios mar. pro qualibet libra æstimationis dictæ bestie. Saluo, quod hoc nō habeat locū in bestijs, q̄ conducerent in ci-

uitatem, uel districtum Mutinæ ad mercatum, uel cū uictualibus, uel lignis seu mercationibus, uel rebus: uel in bestijs alicuius ciuis Mutinæ, uel comitatini habitantis in ciuitate Mutinæ, uel districtu, quæ conducerentur in ciuitatem Mutinæ, uel districtum, occasione alicuius diuisionis fiendæ: nec etiam in aliquibus alijs bestijs, quæ per eundem conductorem, uel suum famulū infra quindecim dies, a die aduentus numerandos, reducerentur ad locum unde conducerentur. Nec in bestijs proprijs alicuius ciuis, comitatini, uel habitatoris. Et in casibus in quibus de dicta conductione bestiarum solui debet gabella, ut supra, si cōductor ipsarum bestiarum non reperiretur, uel non posset conueniri, tunc possessor dictarum bestiarum gabellam ipsam soluere teneatur.

Item: quod si aliqua bestia, uel animal uenderetur, daretur in solutum: emeretur: donaretur: uel alio modo alienaretur: uel alio modo cōcederetur: uel aliquo modo mercatū fieret de aliqua bestia: seu animali: aut contraheretur super aliqua bestia, uel animali: de quibus omnibus contractibus solui deberet gabella secundum modos suprascriptos, cum scriptura, uel sine, per aliquam personam terrigenam, uel forensē cuiuscunque conditionis, & status existat commune collegium, uel uniuersitatē in aliqua domo, uel hospicio, propria, uel conducta, aut in domo alicuius habitantis in ciuitate Mutinæ, uel districtu: quod ille talis dominus domus, habitator hospitij, & familia eiusdem teneatur, & debeat quando requireretur denunciare dictum contractum dicto conductori, uel eius officiali quādo ipse sciat, uel uerisimiliter scire debeat, de quo. si an sciat, uel ne, stetur eius sacramento, sub pœna soluendi de suo proprio dictam gabellam, quando ipse requisitus recusaret dictū contractum denunciare: quam pœnam soluendo, possit habere recursum contra eos, pro quibus soluerit dictam gabellam. Et fiat sibi ius per iudicem gabellæ, ac si esset gabellarius: & illos tales possit grauari facere realiter, & personaliter sicut posset facere dictus conductor. Cum hoc, quod si contrahentes nō essent soluendo, uel gabellarius non posset consequi ius suum contra ipsos, uel aliquem eorum, aut eorum bona in ciuitate Mutinæ, uel districtu: quod tūc si ille talis in cuius domo factus fuerit contractus scierit, uel uerisimiliter scire debuerit, teneatur ad solutionē gabellæ, & aliter nō.

Item: quod si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus, uel aliqua alia persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis existat, conduxerit aliquas bestias, uel animalia existētia de ciuitate Mutinæ, uel districtu, uel aliunde extra districtum Mutinæ

næ

næ absque licentia, & bulletta conductoris, seu officialis gabellæ stratae communis Mutinæ, & ipsas bestias non conducatur, seu reuertatur infra mensem in districtum, seu ciuitatem Mutinæ, ut primo erant, intelligatur ipso iure uendidisse ipsas bestias extra ciuitatem Mutinæ, & mercatum, & soluere debere gabellam prædictam conductori prædicto ac si ipsas uendidisset in districtu Mutinæ: nisi infra duos dies postquam redierit, denuntiauerit cōductori redditus stratae, uel suis officialibus se uendidisse bestiam ipsam. Quo casu, uidelicet si denuntiauerit ut supra, non teneatur ad solutionem gabellæ bestiarum: sed tantum teneatur ad solutionem gabellæ stratae, quod locum non habeat in bobus euntibus in carriage, & in roncinis, seu equis, qui dantur ad uecturam, uel ad retorium, uel causa caminadi, pro aliquo suo negotio, nec in aliquo ciue, uel habitatore ciuitatis Mutinæ, qui iuerit in aliquo officio p̄ equis, & animalibus per eum conductis.

Item: quod nullus beccarius, uel alius uendens carnes ad minutum in ciuitate Mutinæ, occidere, uel occidi facere possit, nec incidere, nec incidi facere aliquam bestiam absque licentia dicti cōductoris, uel eius officialis, uel habētis causam ab eo, sub pœna soldorū uiginti p̄ qualibet bestia grossa, & soldorū decē pro qualibet bestia minuta, & pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Item non possit, nec debeat dictus beccarius, uel alius uendens carnes ad minutum in dicta ciuitate, uel burgis sine licentia officialis dictæ gabellæ occidere, uel occidi facere, incidere uel incidi facere extra locum beccariæ suæ, uel conductæ aliquam bestiam grossam, uel minutam sub pœna amissionis talis bestia taliter occisæ, uel incisæ, & solutionis libr. decem mar. quarum medietas sit accusantis, uel denuntiantis: & alia medietas cameræ domini applicetur. Et quilibet possit accusare, & denunciare, & stetur sacramento accusantis, uel denuntiantis cum uno teste idoneo.

Redditus gabellæ uini, & de calo uini, & gabellinæ parua. Rub. XXXXVIII.

Dictus redditus uini locetur pactis, modis, & conditionibus infrascriptis:

In primis uidelicet, quod quilibet persona cuiuscunque conditionis existat terrigena, uel forensis, quæ emerit in ciuitate Mu-

tinæ, uel districtu aliquam quantitatem uini ad quartariū, seu alio modo quocunque in grossum ab aliqua persona cuiuscunque conditionis existat dare, & soluere teneatur, & debeat cōductori dicti redditus, seu communi Mutinæ, si remanebit in cōmuni, sex denarios paruos mar. pro singulo quartario dicti uini empto ea die, uel sequēti, qua dictum uinum emerit, si dicta emptio facta fuerit in ciuitate Mutinæ, uel burgis. Si uero in aliqua parte districtus Mutinæ dictū uinum emptū fuerit usque ad sex miliaria, infra quartā diē a die emptionis. Si uero a sex miliaribus ultra a dicta ciuitate, uel burgis dictū uinū emptū fuerit, infra octo dies solui debeat gabella prædicta modo prædicto, sub pœna p quolibet, & qualibet uice qua contractū fuerit, & quolibet quartario uini, pro quo nō fuerit soluta gabella prædicta, ut superius cōtinet, duorū soldorū mar. Et nihilominus dictam gabellam quilibet contrafaciens soluere teneat. Et si emerit in castellata, uel uua soluat p qualibet castellata, uel curru uuarū ad rōnē quatuor quartariorū p singula castellata, siue curru. Et quod supra dictū est in pñti capitulo in emētibus uinū locū habeat, & intelligatur repetitū in emētibus acetū.

Item: quōd quælibet persona ciuitatis Mutinæ, & districtus terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ uendiderit, uel uendi fecerit uinum ad minutum, uel acetum in ciuitate Mutinæ, burgis, seu districtu, uel aliqua parte ciuitatis burgorum, & districtus, teneatur dare, & soluere communi Mutinæ, si remanebit in communi, seu conductori dicti datij, uel eius socijs, uel officialibus ut infra: uidelicet.

| | | |
|------------------------------|--------------|---------------------------------|
| De uino cuius quarta uēdetur | deñ. xij. | lib. ij. sol. vi. den. x. |
| Et cuius quarta uendetur | deñ. xvi. | lib. ij. sol. ij. den. vi. |
| Et cuius quarta uendetur | deñ. xx. | lib. ij. sol. xvij. |
| Et cuius quarta uendetur | deñ. xxiiij. | lib. iij. sol. xij. |
| Et cuius quarta uendetur | deñ. xxviij. | lib. v. sol. v. |
| Et cuius quarta uendetur | deñ. xxxij. | lib. v. sol. xvij. |
| Et cuius quarta uendetur | fold. ij. | lib. vi. sol. xi. |
| Et cuius quarta uendetur | fold. iij. | lib. vij. sol. v. deñ. v. |
| Et cuius quarta uendetur | fold. v. | lib. viij. |
| Et cuius quarta uendetur | fold. vi. | lib. viij. sol. xiiij. deñ. vi. |
| Et cuius quarta uendetur | fold. vij. | lib. x. fold. vi. deñ. v. |

Pro gabella, & calo. Et hoc si dicta uina fuerint nostrana, seu forensia, uel saluatica. Et ab inde supra, uel infra pro rata.

Et in super quilibet ex dictis uendentibus uinum ad minutum ut supra teneatur, & debeat soluere communi Mutinæ, si remanebit in

in communi, & seu dicto cōductori, suisque socijs, & officialibus & habenti causam ab eo pro quolibet quartario dicti uini uenditi ad minutum, ut superius cōtinetur, denarios sex paruos ultra prædictam gabellam.

Et licitum sit omnibus, & singulis tabernarijs, & alijs quibuscūque personis uolentibus uendere uinum ad minutum in ciuitate Mutinæ, & burgis, seu districtu, posse uendere uina prædicta modis prædictis per totum annū: dummodo habuerit prius licentiā, & bullettam uēdendi dicta uina ad minutum a communi Mutinæ, si remanebit in communi, seu a cōductore, & officialibus dicti redditus, & non aliter. Quam licentiam concedere teneatur dictus conductor, & officialis cuilibet uolenti uendere, qui cum ipso fuerit in concordia de precio. Hoc addito, quōd non possit talis uendens uinum suum uēdere nisi pro eo precio, quod placuerit dicto conductori, uel officiali, uel habenti causam ab eo. Ita tamē, quōd per dictum conductorem, uel officialem non habeatur in hoc discretio personarum circa precium.

Item: quōd omnes, & singuli tabernarij, & hospitatores ciuitatis Mutinæ, & districtus, & quælibet alia persona cuiuscunque conditionis, & status existat, tam terrigena, q̄ forensis, quæ decetero uēdet uinum ad minutum, seu ad tazam in ciuitate Mutinæ, uel districtu teneatur, & debeat soluere datium prædictum infra tertiā diem postquam fuerint circati per officiales communis Mutinæ, si remanebit in communi, seu per conductorem dicti redditus per ipsum conductorem ad domos, & tabernas eorum: sub pœna quartii totius eius, quod quilibet soluere teneretur. Et quōd libris, & scripturis officialis dicti redditus adhibeatur plena fides per quælibet rectorem Ill. domini nostri dummodo non sint uitiati.

Item: quōd dicti conductores, & eorum officiales possint continē ad eorum uoluntatem ire de nocte cum lumine, & sine ut melius eis placuit, s. quilibet eorum cum uno socio, qui debeat esse testis causa circandi tabernas, & hospitia ciuitatis Mutinæ, & burgorum propter fraudes euitandas in dicto datio uini liberè, & sine pœna statuto aliquo, nec crida aliqua facta, uel fienda non obstante. Et quōd d. Potestas, & Vicarius, & quilibet alius officialis Ill. domini nostri teneatur, & debeat facere fieri bullettas dictis conductoribus eorum socijs, & officialibus eundi de nocte modis prædictis, sine aliqua solutione pecuniæ eisdē accipiendi per aliquos notarios, si ab eis fuerit postulatum.

Item: quōd quælibet persona, quæ uendere uoluerit, seu uendi

facere alicui personæ uinum ad minutum, seu ad tazam in ciuitate Mutinæ, seu districtu incontinenti habita licentia a dictis conductoribus, uel officialibus, uel habetibus causam ab eis, teneatur uinculo sacramenti, & pœna decem librarum mar. dare in scriptis officialibus dicti redditus omnem quantitatem uini, quam habuerit illa talis persona, uel ille, cuius familia habitaret in aliqua parte ciuitatis Mutinæ, uel districtus: etiam si tale uinum haberet in pluribus, & diuersis partibus, & domibus: dicendo, & declarando, & in scriptis dando dictis officialibus dictum uinum. s. habeo ego tantam quantitatem uini in una botefella, seu uegete tot quartariorum, uel in pluribus in tali loco, uel domo talis, & de singulis designando, & in scriptis dando omnia uasa, in quibus haberet. Et hoc si a dicta tali persona per officialem dicti redditus fuerit postulatam. Et qui contra prædicta, uel aliquod prædictorum fecerit, uel uenerit puniatur, & condemnetur in pœna prædicta librarum decem mar. & amissione totius uini, quod reperiretur, uel inueniretur non esse datum in scriptis officialibus prædictis.

Item: quod quælibet persona cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ habuerit, uel gubernauerit aliquam quantitatem uini alicuius tabernarij uendentis uinum ad minutum in domo propria, uel conducta: & quæ non fuerit data in scriptis dicto conductori modo prædicto, condemnetur, secundum quod de dicto tabernario superius continetur. Et etiam si aliqua persona uenderit, uel dederit aliquam quantitatem uini alicui tabernario, quæ non denuntiauerit infra secundam diem dicto conductori, uel eius officiali, condemnetur dicta talis persona, ut superius dictum est, si dictum uinum tali tabernario dederit sine portatoribus iuratis, & consuetis portare uinum.

Item: quod omnes tabernarij, & hospitales ciuitatis Mutinæ, & burgorum, & portatores uini teneantur, & debeant ea die, uel sequenti, qua uinum uenderent in grossum alicui personæ, seu fuerit extractum modo aliquo de domibus hospitium, seu tabernis ipsorum tabernariorum, seu hospitatorum per portatores ipsorum denuntiare, & in scriptis dare officialibus dicti redditus omnem quantitatem uini: nomen, & pronomen illius, cuius fuerit dictum uinum uenditum, seu extractum de dictis domibus hospitium, seu tabernis, & de quo mense, sub pœna librarum decem mar. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Et quod nullus tabernarius, uel hospitor audeat, uel præsumat uendere uinum in grossum alicui personæ minoris quantitatis trium parolorum insimul.

Et quod nulla alia persona audeat, uel præsumat uendere uinum ad parolum, uel aliter in grossum, quod sit minus trium parolorum insimul. Saluo quæ acetum. sub pœna soldorum uiginti mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quod non sit aliquis tabernarius, seu hospitor, uel aliqua alia persona habitatrix ciuitatis Mutinæ, uel districtus, quæ decetero uinum aliquod uendere uoluerit ad minutum, seu ad tazam in ciuitate Mutinæ, uel districtu, quæ possit, nec debeat gubernare, nec ponere in eorum domibus proprijs, uel conductis hospitium, uel tabernis aliquam quantitatem uini uermilij in aliquo loco, nisi primo habuerit licentiam ab officiali dicti redditus, & eidem denuntiare teneatur quantitatem uini quod emerit, & nomen, & pronomen illius a quo emerit dictum uinum: sub pœna librarum decem mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice.

Item: quod non sit aliquis portator, uel aliqua alia persona quæ possit, nec debeat discarricare aliquod uas uini foresterij de curribus, seu animalibus, uel nauibus in aliqua parte ciuitatis Mutinæ, uel burgorum, nec ad Arginellum, uel portum Situle, uel nauigij nec portare, nec portari facere de una domo in aliam, nec gubernare aliquam quantitatem uini foresterij prædicti, nisi habuerit primo licentiam ab officialibus dicti redditus: sub pœna prædicta. Et non sit aliqua persona terrigena, uel forensis, quæ possit ponere, nec gubernare aliquod uas uini foresterij, nec aliquam quantitatem dicti uini in suis domibus proprijs, uel conductis, nisi primo habuerit licentiam ab officialibus prædictis pœna, & bano librarum decem mar. pro quolibet, & qualibet uice, & amissionis totius uini quod fuerit sic portatum, & gubernatum sine licentia dicti conductoris, uel officialis. Et si aliquis duxerit, seu conduxerit in ciuitatem Mutinæ aliquam quantitatem uini saluatici: Marchiæ: uel ribolæ: in parua, siue magna quantitate teneat, & debeat soluere datium quemadmodum si uendiderit ad minutum: nisi legitime ostenderit se pro sua familia & pro se bibisse dictum uinum, & habuerit licentiam a dicto conductore, uel suis officialibus: sub pœna centum soldorum mar. & ad dictum datium soluendum.

Item: quod si accideret, quod in alia parte districtus Mutinæ fieret aliquis exercitus, siue caualcata, & in ipso exercitu, seu caualcata opus esset uendere uinum ad minutum, tunc, & eo casu requiri debeat conductor dicti redditus, aut habens causam ab eo si uult tenere dictum exercitum, seu caualcatam fulcitam, seu fulcitum omnibus suis expensis de uino ibidem opportuno. Et si dixerit,

quod sic: & id fecerit: tunc nullus alius ex dicto exercitu, siue caualcata uinum uendere possit absque licentia dicti conductoris, uel habentis causam ab eo: sub poena decem librarum mar. pro quolibet, & quacunque uice, qua contrafactum fuerit. Et nihilominus pro uino uendito soluere compellatur. Si uero dictus conductor requisitus ut supra dixerit quod non: uel non fecerit: tunc, & eo casu quilibet possit uendere uinum in ipso exercitu, seu caualcata absque solutione datij, uel gabellæ.

Item: quod non sit aliqua persona terrigena, uel forēsis, quæ possit portare, uel portari facere extra portas, uel burgos ciuitatis Mutinæ super curribus, nauibus, uel alijis, nec bestijs aliquam quantitatem uini, quæ debeat portari, uel cōduci in aliqua uilla, castro, uel loco districtus Mutinæ, sine licentia, uel bulletta dicti conductoris, & suorum officialium: sub poena duorum soldorum pro singulo quartario. Et licitum sit dicto conductori, uel officiali accipere solum denarios duos pro singula bulletta quātumcunque cōtineat, & non plus.

Item: quod non sit aliqua persona terrigena, uel forēsis quæ possit, uel debeat uendere uinum ad minutum, seu ad tazam in ciuitate Mutinæ, uel districtu, nisi primo habuerit insignia ante domū in qua uendere uoluerit, & bullettam de eo, quod uendere uoluerit, quartam dicti uini ab officiali dicti redditus, & ipsam bullettam ponere, & tenere debeat in fronte uasis, & non alibi: sub poena centum soldorum mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quod omnes, & singuli uenditores uini ad minutū, seu ad tazam antequam claudant tabernas, & relinquunt uenditionē uini teneantur, & debeant facere rationem cum dictis conductore, & officiali, & eisdem satisfacere de uino uendito per eos infra tertiam diem, postquam dictam rationem fecerint: sub poena, & banno centum soldorum mar. pro quolibet contrafaciente in predictis, & quolibet predictorum, & qualibet uice.

Item: quod non sit aliqua persona terrigena, uel forensis quæ uinum uendiderit ad minutum, uel tazā in ciuitate Mutinæ, uel burgis, quæ possit, uel debeat gubernare, discarricare, seu portare uinum aliquod in suis tabernis, uel domibus suis, nec alibi pro eis, nisi cum portatoribus eligendis, & deputandis per conductorem, & officiales predictos. Qui portatores, & omnes tabernarij, & hospitatores ciuitatis Mutinæ, uel burgorum eo die, quo dictum uinū fuerit gubernatum, discarricatū, seu depositum in aliqua eorū domo, taberna: seu hospitiū debeāt denūtiare, & in scriptis dare officiali

ciali dicti redditus omnem quantitatem uini, quod fuerit gubernatum, seu repositum, & nomen, & pronomen ipsius, a quo emptum fuerit, & ubi fuerit gubernatum, seu repositum. Et quod quælibet persona ciuitatis Mutinæ, & districtus, quæ uinum aliquod receperit, seu gubernari fecerit, uel recipi, alicuius tabernarij, seu hospitatoris, denuntiare debeat dictis officialibus ea die, uel sequenti. s. ille de ciuitate, nomen, & pronomen illius tabernarij, uel hospitatoris, cuius fuerit dictum uinum: & a quo emptum fuerit dictum uinum, seu habitum. Et illi de foris, qui sunt propè ciuitatem per octo miliaria, infra quinq; dies: ab octo miliaribus supra infra octo dies. Et qui contrafecerit in predictis, uel aliquo predictorum puniatur, & condemnetur in cētum soldis mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Itē: quod si plures fuerit tabernarij, uel socij uedentes uinū ad minutū, seu ad tazā, quilibet possit cōueniri in solidū p dictū cōductore, & officiales realiter, & personaliter ad dictum datium soluendum omni exceptione remota:

Itē: quod quicumque uinū uoluerit uendere ad minutū, seu tazam in ciuitate, seu burgis, seu districtu Mutinæ, habere debeat unū foramen magnū, & rotundū ad ostiū domus de ante, in qua uendet uinū ad minutum, in qua habitabit, per quod uideri possit in eorū tabernis, hospitij, seu domibus tpe nocturno propter fraudes eorum euitandas. Et quod non sit aliqua persona terrigena, uel forensis, q̄ uinū uēdet ad minutū, seu ad tazā in ciuitate Mutinæ, uel districtu, q̄ uetet se circari, & facere rōnē cū officialibus, & cōductore dicti redditus de uino uēdito p eos, quoties, & qñ fuerit postulatū tæ de noct, q̄ de die pacificè, & quietè: sub poena triū librarū mar.

Item: quod quilibet tabernarius, & hospitor, & quælibet alia psona uendens uinū ad minutū, seu ad tazā in ciuitate Mutinæ, uel districtu teneatur, & debeat ad petitionem conductoris, & officialis dicti redditus, & cuiuslibet eorū aperire ostiū domus hospitij, seu tabernæ, in qua uinū uendiderit ad minutū, toties quoties fuerit requisitus, tam de die, q̄ de nocte: sub poena centum soldorum mar. Et quod hospitatores ostia ipsarum domorum aperta tenere debeant usque ad quartam horam noctis temporibus, quibus cœnatur de sero: sub poena predicta.

Item: quod si in aliqua domo, in qua fuerit taberna, uel uendet uinum ad minutum fuerit, aliquod ostium, fenestra, uel foramen inter ipsam tabernam, & locum ubi uenderent uinum, & domū uicini, quod illud ostiū, fenestra, & foramen claudat omni modo de

bono muro expensis tabernarij ad uoluntatem conductoris, & officialis dicti redditus, & infra tertiã diẽ, postquã dictũ fuerit dicto tabernario p̄ ipsũ conductore, uel officialẽ: sub pœna decẽ libr. mar.

Itẽ: quod ius summarũ, & expeditũ fiat, & fieri deat oĩbus, & singulis tabernarijs, hospitoribus, & uẽditoribus uini ad minutũ in ciuitate Mutinã, uel districtu p̄ officialẽ ad hoc deputatũ. d. Prãtẽ, & cãteros officiales cõis Mutinã, toties quoties fuerit postulatũ absq; datione libelli, & aliqua petitione in scriptis dãda, qualibet die feriata, & nõ feriata, realiter, & p̄sonaliter cõtra oēs, & singulos debẽtes aliquid dare, uel soluere prãdictis occasione cibi, uel uini eis uẽditi, usq; in summã soldorũ decẽ mar. & usq; ad dictã summã stẽt, & credat sacramẽto cuiuslibet tabernariorũ, hospitorũ, & uẽditiũ uinũ ad minutũ, sine aliqua p̄batione. Quod locũ nõ hẽat cõtra filios familias: nec cõtra minores decẽ, & octo annis, cõtra quos nullũ ius fiat eisde in aliqua quantitate, nec etiã credat infra dictũ terminũ iuramento alicuius eorum pro aliqua quantitate pecuniã, sibi debitã occasione uini uenditi ad minutũ, nisi ut supra, si summa dicti debiti, seu conclusa ratio inter ipsos tabernarium, & debitorem fuerit maioris quantitatis decem soldorum.

Item: quod dicti cõductores, & eorũ officiales dicti redditus possint, & eis liceat, si sibi placuerit, sigillare, & sigillatas tenere oēs uegetes, bottefellas, & oĩa, & singula alia uasa uini dictorũ tabernariorũ, & hospitorũ, uinũ uenditiũ in ciuitate Mutinã, uel districtu propter fraudes in illis euitãdas. Et si sigilla apposita in illis uegetibus bottefellis, & uasis inuenirẽt aliqua uice esse destructa, uel machinata qũ circarẽtur p̄ officiales, seu cõductore dicti redditus, ille tabernarius, seu hospitor, uel uẽdẽs uinũ ad minutũ, qui inueniretur in fraudẽ, uel in machinationẽ aliquam dictorum sigillorum condẽnetur in centum soldis mar. pro qualibet uice, cum amissione uini, quod fuerit in ipsis uasis machinatis in ipsis sigillis. Et qui p̄hibuerit sigillari ipsas uegetes, bottefellas, & uasa condẽnetur in centum soldis Mutinã pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quod non sit aliquis soldatus Ill. domini nostri, nec cõmunis Mutinã, nec alia persona terrigena, uel forẽsis, quã possit, uel debeat portare, uel portari facere in aliquo hospicio, uel taberna ciuitatis Mutinã, uel districtus aliquã quantitatẽ uini in urceis: bottacijs: parolis: uel aliquo alio uase paruo, uel magno, nisi esset de uino, quod uenderetur ad minutũ in ciuitate Mutinã: sub pœna prãdicta, pro quolibet hospite, & uinum uendente in cuius hospicio, taberna, uel domo portaretur dictum uinum, & qualibet uice.

Item:

Itẽ: quod nullus tabernarius, uel hospitor possit, uel debeat do nec uinũ uendiderit ad minutũ habere, uel tenere in suis hospitijs, uel tabernis aliquod uas, seu urceũ, quod teneat ultra unã quartã uini: sub pœna, & banno soldorũ uiginti mar. pro quolibet uase, & qualibet uice qua fuerit contrafactũ, cum amissione dictorum urceorum, & uasorum. Quod locum non habeat in uegetibus bottefellis, & alijs uasis supratenutã unius quartarij.

Item: quod cuiuslibet tabernario, & hospitori ciuitatis burgorum, & districtus Mutinã debeat concedi per officiales, seu conductore dicti redditus taxa necessaria in domibus, ubi habet familiã suã pro eis, & eorũ familijs de uino ad bibendũ. Et quod eidẽ tabernario, uel hospitori fiat taxa quatuor parolorũ uini p̄ singula bucca suã familiã singulo mense a septẽ annis supra, & abinde infra p̄ singula bucca triũ parolorũ. Et prãdicti tabernarij, & albergatores teneant, & debeant dictã taxam uini p̄ eis, & eorũ familijs tenere p̄ se separatã a uino, quod uẽdẽt ad minutũ extra locũ, & loca ubi uẽderent uinũ ad minutũ: ita quod uinũ dictã taxã non sit, nec esse debeat de illo quod uẽdẽt ad minutũ: de quo uino dictã taxã dicti tabernarij, & hospitatores non possint ullo modo uẽdere alicui p̄sonã: sub pœna uiginti soldorũ mar. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit cõtrafactũ. Et si dicti tabernarij, uel hospitatores reperti fuerint plus de uino dictã taxã, q̄ sit taxa prãdicta in fine cuiuslibet mensis deficere, pro dicto tali pluri sic deficiente ad solutionẽ dicti datij compellãtur, habito respectu ad qualitatem uini, & pretij quod uenderetur rationabiliter.

Itẽ: quod nulla p̄sona terrigena, uel forẽsis ciuitatis Mutinã, uel cuiuscũq; cõditiõis possit, audeat, uel prãsumat reponere, uel tenere in domo sua p̄pria, uel cõducta aliquod uinũ alicuius tabernarij, uel albergatoris, uel uẽdere, uel dare aliquod uinũ, uel quãtitatẽ uini alicui tabernario, uel albergatori, nisi primo denũtiauerit, & dixerit dicto cõductori, uel eius officiali quãtitates uini, quas reposerit, uel habuerit de uino dicti tabernarij, uel albergatoris, uel eis uẽdiderit: pœna, & bãno decẽ librarũ. m. p̄ quolibet, & qualibet uice. Saluis alijs maioribus pœnis supradictis in modis contentis.

Itẽ: quod oēs, & singuli portatores, & descarricatores soliti uini ciuitatis Mutinã, & burgorũ teneant, & deant corã cõductore, & officiali dicti redditus se scribi facere, & eisde dare bonã, & idoneã securitatem de centum soldis mar. pro quolibet eorũ dictis officialibus, & cõductori de eorũ officio in dicta portaria, & descarricatoria, & mensuratura uini, & de bene, & legaliter exercẽdo, & pãdẽdo

G 2

& denuntiando ipsis conductoribus, & officialibus oēs, & singulas personas uendentes uinū in grossum: & ubi descarricabunt: mensurabunt: seu gubernabūt: uel scient gubernari uina forensia, & nostrana: & oēs, & singulos quos scient cōmittere dolū, & fraudē in dictis datijs, uel cōmississe, & i aliquo eorū: & phibere p̄ eorū posse, quod nemo committat dolum, nec fraudem in dictis datijs, uel aliquo eorum: & hoc iurare, & obseruare debeant, & attendere dictis conductori, & officiali. Et si quis contrafecerit, & prædicta non obseruauerit, cassetur, & cassari possit ad uoluntatem dictorum conductoris, uel officialis a portatura uini per totum annum.

Et insuper prædicti portatores contrafacientes in prædictis, uel aliquo prædictorū cōdēnēt p̄ qualibet uice in sold. uiginti mar. & plus arbitrio officialis ad hoc deputati, inspecta qualitate delicti. Et nullus ex portatoribus, uel descarricatoribus prædictis possit, nec deat se intromittere de officio portariæ: seu descarricariæ, uel mēsurariæ uini, nisi primo præstiterit securitatē prædictā, & fecerit sacramētū prædictū: de quibus securitate, & sacramento nihil possit accipi dictis portatoribus, seu descarricatoribus, seu alicui eorum. Saluo, quod dicti officiales, & cōductores dicti redditus possint eligere illos quos uoluerit de portatoribus, q̄ tm̄, & nō aliq̄ alij deant mēsurare, portare, & mutare uina, & laboreria oīa, & singula facere, q̄ fuerint faciēda, & necessaria fieri in tabernis, & hospitijis ciuitatis Mutinæ, & burgorū, & uini exercitatiōe quoties fuerit opportunū.

Item: quod non sit aliquis soldatus cap. portatorū castris ciuitatis Mutinæ, exceptis suis focijs scriptis: nec aliqua alia persona forensis, uel alia, quæ possit uendere uinum ad minutū, seu ad tazā in ciuitate Mutinæ, uel districtum sine licentia dicti cōductoris, uel officialis dicti redditus: sub pœna decē librarū mar.: pro quolibet, & qualibet uice. Sed si aliquis soldatus, uel alia persona forensis uinum uēdere uoluerit cū licentia dicti cōductoris hoc facere possit præstita prius ipsi cōductori securitate legitima, de soluendo totū datium dicti uini, quod uēdiderit ad minutum, & de obseruandis omnibus, ad quæ tenentur alij tabernarij conductori predicto.

Item: quod quilibet tabernarius in ciuitate Mutinæ, uel burgis possit licitē, & impunē tenere, & habere unū discū, & unū soliu ab aqua sup dicto disco ante ostiū dictæ suæ tabernæ, i qua uinū uēdiderit, uel uēdi fecerit, nō obstāte aliquo statuto i cōtrariū loquēte.

Item: quod omnes, & singuli conductores, & officiales dicti redditus possint, & eis liceat de licentia tamen officialis super redditibus deputati, circare quoties sibi placuerit in quacunque domo

domo ciuitatis, burgorum, & districtus Mutinæ, si ibi esset repositum aliquod uinum alicuius tabernarij uel hospitatoris. Et quælibet persona dictæ ciuitatis, burgorū, & districtus debeat permittere se circari, & suas domos, & hospitia per ipsum cōductore, & officiales, & quemlibet eorū quoties per eos, & quemlibet eorum fuerit requisita, sub pœna cētum soldorum mar. pro quolibet & qualibet uice.

Item: quod nullus tabernarius, uel uendens uinum ad minutū possit in eadem taberna uendere uinum saluaticum, & nostranum uno, & eodem pretio.

Item: quod licet in modo generali gabellarū contineatur, quod ex solo sacramento conductoris, seu officialium approbatorū cuiuslibet gabellæ delinquentes condemnentur in gabella duplicata eius, quod soluere tenebantur si gabellam fraudassent: hoc non obstante ex solo sacramento dicti conductoris super fraudibus huius redditus euitādis per tabernarios, & alios uendentes uinum ad minutū, condemnentur ipsi fraudatores in uiginti quinque libr. mar.

Item: quod licitum sit dicto conductori, si sibi placuerit, tenere in qualibet taberna, in qua uendetur uinum ad minutum, unum officialem ad colligendum partem contingentem dicto conductori de dicto uino, quod uendetur pro datio antedicto. Et aliter nullus possit uendere uinum ad minutum in ciuitate Mutinæ, uel districtu, si a dicto conductore, uel eius officiali denūtiabitur dicto uenditori, quod non debeat uendere sine dicto officiali: sub pœna centum soldorum mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Quem officialem dictus conductor teneatur ponere in ipsa taberna ea die, qua sic denūtiabitur: alias dictus tabernarius sine ipso officiali tabernæ, possit uendere licitē, & impunē.

Item: quod ad solutionem dicti redditus faciendam per quamcunque personā terrigenā, uel forensem cuiuscūque conditionis, & status existat, quæ uinum uendiderit ad minutum, uel ad tazā, uina, uasa, omniaque suppellectilia, & cætera bona mobilia, & immobilia in domibus, in quibus uendetur uinum ad minutum, uel ad tazam, reperta obnoxia sint, & esse intelligantur cōductori dicti redditus siue habenti causam ab eo: ita, & taliter, quod dictus conductor, seu habens causam ab eo præferatur in dictis bonis quibuscunque alijs creditoribus dicti tabernarij, uel hospitatoris, uel uēdētis uinum ad minutum, etiam priora, & potiora iura habentibus per hypothecam tacitam, & expressam.

Item: quod quælibet persona habitatrix ciuitatis Mutinæ, uel

districtus, collegium, & uniuersitas, uel cōmune, quæ aliquam domum habuerit in districtu Mutinæ, uel burgis, in qua consuetum fuerit tabernam, uel hospitium teneri: teneatur dictam domum locare, cuiuscunque uolenti tabernam, uel hospitium in ea tenere pro pensione declaranda per bonos uiros a partibus eligendos. Et ad hoc cogi, & compelli possit per conductores dicti redditus, uel habentes causam ab eo.

Redditus pedagij, & passus Scultennæ:

Rub. XXXXIX.

Dictus redditus locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis uidelicet, quod conductor dicti redditus, & eius socij, & officiales, & habentes causam ab eo possint, & eis liceat colligere, & habere a quacunque persona soluente collectas communis Mutinæ transeunte, & eunte equestre, & pedestre, & cum omnibus, & singulis bestijs, & sine, per dictum flumē Scultennæ pro transitu pedagio, & itinere, & redditu, & qualibet uice: uidelicet si fuerit eques deñ. sex mar. & si fuerit pedes deñ. duos mar. pro quolibet, & qualibet uice. Et a quolibet, qui transuerit per dictum flumē, & conduxerit currum ponderatum, uel non ponderatum pro quolibet, & qualibet uice unum soldum mar. cum bobus, & bubulcor. Et a quolibet, qui cōduxerit aliquas bestias grossas, sex deñ. mar. p. qualibet: & pro qualibet minuta unum denarium mar. Et hoc si conducens dictum passum, uel officialis ad passum deputatus habuerit nauim pro passando more solito transire necessario habentes. Quod si non habuerit, uel transire uolentes passare recusauerit: tunc talis transiens soluere non teneatur. Et si dicti conductores, uel custodes passuum aliquem conducentē aliquas bestias, uel mercationes, aut res, de quibus solui debeat gabella strata, transire, seu conducere permiserint per dictum passum super nauibus suis, uel aliter consenserint, si transitū huiusmodi uetare potuerint, sine bulletta conductoris gabellæ strata, ad solutionem gabellæ ipsarum bestiarum, & rerum, uidelicet transitus earum, & ad pœnam quam incurrunt conducentes dictas bestias, uel res efficaciter teneantur. Et ad ipsam soluendam compelli possint, & debeant. Et credatur, dicto conductori gabellæ strata cum uno teste. Ciues autem, & habitatores ciuitatis Mutinæ, uel districtus transeutes cum personis,

nis, uel rebus per dictos passus medietatem eius, quod supra dictū est soluere teneantur.

Item: quod quælibet persona forensis, quæ transuerit per passum Bōporti soluere teneatur, & debeat, ultra solutionem quam facere tenetur secundum formam, & modum contentum in proximo precedēti capitulo, si fuerit pedes p. qualibet uice deñ. sex: si eques soldos duos mar. Et hoc locum habeat in ijs solum, qui soluere tenentur bullettam in ciuitate Mutinæ, & non alijs.

Item: quod omnes, & singuli forenses inde transeutes, uel redeutes cum bestijs, uel animalibus, uel sine, ut superius dictum est, teneantur, & debeant soluere dictum datium, & gabellam dicto conductori, uel eius officiali modo, & forma prædictis si transuerint: iuerint: uel redierint super dictam nauim, siue per flumē, uel per aquam prædictam.

Item: quod nulla alia persona, commune, collegium, uel uniuersitas cuiuscunque conditionis existat, possit, uel debeat habere, uel tenere aliquam nauim, uel albiū in dicto flumine per se, uel aliū propter transire homines, uel bestias, uel percipere, colligere, uel habere aliquod pedagium ab aliquibus personis p. eis, uel aliquibus sine uoluntate, & licentia dicti conductoris, sub pœna librarū centum mar. generaliter cui libet contrafacienti, & pro qualibet uice, qua fuerit cōtrafactum, & amissione nauis, Et quilibet possit accusare, & denuntiare:

Item: quod si contigerit (quod deus auertat) quod infra dictū tempus dictæ locatiōnis guerra aliqua fieret inter ciuitatem Mutinæ, & Bononiæ, uel inter ciuitatem Mutinæ, & aliquod castrum, uel locum districtus Mutinæ, uel comitatus Mutinæ, per quam rumperetur dicta strata, & non posset publicè, & secure iri, & rediri per stratam prædictam uenientem, & euntem a ciuitate Bononiæ Mutinam, & econuerso tempore pacis. Quod tunc, & in eo casu dictus conductor eius socij, & officiales, & habentes causam ab eis non teneantur pro tempore dictæ guerra ad solutionem pretij dicti redditus cameræ domini Marchionis faciendam pro rata dicti temporis.

Item: quod dictus conductor, nec aliquis eius officialis modo aliquo nihil possit accipere uel habere ab aliquo soluente collectā communis Mutinæ, nec ab aliquo alio ultra id, quod superius est expressum: pœna, & banno soldorum decem mar. pro quolibet cōtrafaciente, & qualibet uice, de quibus credatur sacramento conquerentis, qui iurauerit contra prædicta:

Redditus follifellorum: Rubrica. L.

Redditus follifellorum locetur pactis, modis, & conditionibus infra scriptis:

IN primis uidelicet, quod quaelibet persona ciuitatis, districtus, ducatus, comitatus, & diocesis Mutinæ, quæ habuerit aliquos follifellos, duplonos, seu falopias uirides, uel siccas in ciuitate, uel districtu ducatu, & diocesi Mutinæ, quos, uel quas uendere uoluerit, nõ possit ullo modo extrahere, uel extrahi facere extra districtum ducatum, comitatum, & diocesim Mutinæ, Sed teneatur ipsos, & ipsas uendere, & conduci facere ad uendendum publice in platea communis Mutinæ, & ad domum deputandam ad hoc, & non alibi: & ipsos, & ipsas pensari facere officialibus deputandis ad pensam ipsorum follifellorum faciendam ibidem, & nõ alibi, & dare, & soluere conductori dicti redditus, seu eius socijs, uel officialibus pro qualibet libra ponderis ipsorum follifellorum, duplonorũ, & falopiarum uiridium quatuor den. mar. & emens totidem. Et qui uēdiderit follifellos siccos soluat pro qualibet libra duodecim denarios mar. & emens totidem. Et incontinenti cum fuerint pensati, seu pensata: sub poena, & banno pro quolibet capitulo supra scripto, & qualibet uice modo infra scripto: uidelicet pro dicta gabella non soluta soluatur duplum eius, quod soluere tenetur. Et pro follifellis, duplonis, seu falopijs uenditis alibi q̄ in dicta platea, ut superius dictum est, seu conductis, & exportatis extra districtum, ducatum, comitatum, uel diocesim Mutinæ, decem lib. Mutinæ, & amissionis follifellorum, duplonorũ, & falopiarum, & bestiarũ, & curruum, super quibus conducerentur extra districtum, ducatum, comitatum, uel diocesim Mutinæ, & quilibet possit accusare, & denunciare. Quod locum non habeat in follifellis conducendis a ciuitate Venetiarum.

Hoc addito, quod omnes alij follifelli, falopia, & duploni, qui, uel quæ conducerentur ad ciuitatem Mutinæ, uel burgos, qui, uel quæ nata, uel nati essent in diocesi, uel territorio Mutinæ, intelligantur statim uenditi, & uendita, & pro eis statim solui debeat gabella prædicta, ac si uenditi, & uendita essent. Ita tamen, quod de eis non soluatur nisi una gabella per eandem personam. Saluo, quod follifelli, falopia, & duploni, qui, & quæ conducerentur ad dictam ciuitatem, uel burgos de alieno episcopatu de mēse Ianuarij: Februarij: Martij: Aprilis: Septēbris: Octobris: & Nouēbris, non

non teneantur ad gabellam prædictam soluendam pro eis, uel aliquo eorum nisi uenderent in dicta ciuitate, ducatu, comitatu, diocesi, uel districtu.

Item: quod quaelibet persona, tam terrigena q̄ forensis, cuiuscũque conditionis, & status existat, quæ emerit de dictis follifellis, duplonis, seu falopijs, teneatur solummodo ipsos, & ipsas emere in platea communis Mutinæ, & pensari facere etiam in ipsa platea ad locum, & modum prædictum, & nõ alibi: & dare, & soluere dicto conductori, uel suis officialibus quatuor den. mar. pro qualibet libra ponderis follifellorum, falopiarum, & duplonorum uiridiũ, & pro qualibet libra siccorum duodecim den. mar. incontinenti cũ fuerint pensati, seu pensata, & sic facere, & curare, quod uenditor dictorum follifellorum, & falopiarum soluat conductori prædicto, uel suis socijs, seu officialibus illam gabellam, quam soluere tenetur, & debet pro uēditione dictorum follifellorum, duplonorũ, & falopiarum antequam soluat ei pretium ipsorũ, aut de pretio ipsorum soluere eis gabellam prædictam. Quod si non fecerit teneatur, & debeat soluere dictam gabellam pro eis de suo proprio habere. Tamen possit postea contra eum habere regressum, sicut haberet dictus conductor: sub poena, & banno ut superius continetur, uidelicet, quod dicta gabella non soluta ut superius continetur dupli eius quod esset dicta gabella non soluta. Et pro emptione, & pensatione facta alibi, q̄ in dicta platea ad pensationem prædictam, centum soldorum mar. pro quolibet, & qualibet uice qua fuerit contra factum, & amissionis dictorum follifellorum, duplonorũ, & falopiarum, emptorum, & pensatorum contra formam prædictam, & centum soldorum mar. illi personæ, quæ pensauerit follifellos, duplonos, & falopias sine licentia dictorum conductorum, & officialium suorum. Saluo, quod postquam non steterit pensa dictorũ follifellorum in platea, ad domum faciendam, & consignandam per conductorem super hoc: follifelli duploni, & falopia uenales pensentur, & pensari debeant ibi, ubi ordinatum fuerit per conductorem, & officiales prædictos in ciuitate Mutinæ, & nõ alibi: sub poena prædicta. Saluo, quod conductor dicti redditus teneatur, & debeat pluries facere cridari, & publicè per ciuitatem Mutinæ, & burgos, & in foro bestiarum communis Mutinæ prædicta banna, & poenas temporibus uēditionis ipsorum follifellorum, duplonorum, seu falopiarum:

Item: quod nulla magistra, uel aliqua alia persona terrigena, uel forensis possit audeat, uel præsumat trahere, uel trahi facere setam

de aliquibus follifellis, duplonis, uel falopijs uiridibus, uel siccis extra ciuitatem Mutinæ, uel burgos in aliqua parte districtus, ducatus, comitatus, territorij, uel diocesis ciuitatis Mutinæ, sine expressa licentia conductoris, seu officialis dicti redditus: sub pœna decem libr. mar. pro quolibet, & qualibet uice, quibus fuerit contractu. Et quilibet possit accusare, & denuntiare. Et hoc propter euitandas multas falsitates, quæ in extrahenda dicta seta sæpe solent committi.

Item: quod qualibet persona, quæ conduxerit aliquam quantitatem follifellorum cuiuscunque conditionis ad uendendū in ciuitate Mutinæ, seu aliqua alia causa debeat ipsos incōtinēti antequā eos deponat, seu reponat in aliquo loco ciuitatis Mutinæ, & burgorum, conducere, & designare eos in platea communis Mutinæ ad domum, & locum prædictum, & non alibi, publicè dicto conductori, seu eius socijs, uel officialibus: nec ipsos de dicto loco debeat remouere sine expressa licentia dicti conductoris, & eius officialiū, & nisi prius scripti fuerint ipsi follifelli per ipsum conductorem, uel suos officiales, & in quo loco portare, & reponere uoluerit, sub pœna centum soldorum mar. & amissionis dictorum follifellorū, & centum soldorum mar. cuiuslibet, & pro qualibet persona, quæ receperit dictos follifellos in domo, & de prædictis credatur sacramento conductoris, uel officialis dicti redditus cum uno teste.

Item saluo, quod quilibet uēditor, & emptor ipsorum follifellorum, duplonorum, & falopiarum teneatur, & debeat soluere dicto conductori, & suis officialibus de qualibet emptione, & uenditione a singulis quinque libris supra usque in decem libras, duos denarios mar. pro parte. Et a decē libris usque in uiginti supra, de singulis decem libris, siue de decena, qualibet a dictis uiginti libris supra duos den. mar. pro qualibet parte quantæcunque quantitatis, & ponderis ascendat: de qua portione, & additione faciendā, & singulis quinque supra, ut superius continetur, massarius Sancti Geminiani pro fabrica Ecclesiæ Sancti Geminiani, habere debeat dimidietatem, & conductor dicti redditus, & sui socij aliam dimidietatem. Qui massarius teneatur, & debeat, ut hactenus cōsueuit, quolibet anno suis expensis facere fieri unam domum copertā destoreis in platea cōmunis Mutinæ, prope lapidem bonissimæ necessariam ad uendendum, & ad faciendū mercata sub ea de dictis follifellis, ac etiam ad pensandum dictos follifellos. Et quod duo fratres de pœnitētia, siue duo alij boni homines, & legales de populo Mutinæ maiores triginta annis eligantur ad breuia in consilio populi

populi ante medium mensem Maij: unus quorum sit notarius: qui debeant a dicto termino in antea stare in platea communis Mutinæ, ad pensandū dictos follifellos: & ipse notarius scribere debeat omnem quantitatem omnium follifellorum uenditorum: habendo quilibet ipsorum officialium a conductore dicti redditus, tres libras mar. quas habere debeat ex forma statuti.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat possit, nec debeat uendere, nec emere in ciuitate Mutinæ, uel districtu, comitatu, seu diocesi, aliquam quantitatē setæ aliquorum follifellorum, duplonorum, uel falopiarum non uenditarum, & pro quibus non foret soluta gabella prædicta, antequam ipsa seta sit extracta de ipsis follifellis ad molinellum, sine licentia dicti conductoris. Quod si contractum fuerit nihilominus emptores, & uenditores ipsius setæ teneantur, & debeant soluere conductori prædicto, & suis officialibus gabellā prædictam pro illis follifellis, de quibus ipsa seta extracta fuerit, seu extrahi debuerit ad rationem prædictam: sub pœna dupli dictæ gabellæ, & amissionis dictæ setæ. Et quilibet possit accusare, & denuntiare contrafacientes.

Item: quod licitum sit cuiuslibet personæ, tam terrigenæ, q̄ forensi, quæ conduxerit, seu conduci facere uoluerit ad ciuitatē Mutinæ, aliquos follifellos, duplonos, uel falopias, posse uenire ad ciuitatē Mutinæ, cū ipsis follifellis, duplonis, & falopijs, & in ipsa ciuitate Mutinæ stare, & permanere per tres dies postquam eos conduxerit ad uendendum, sine aliqua pœna, non obstantibus aliquibus representaleis, uel deuctis collectis, uel debitis, dummodo non fuerit bannitus pro aliquo maleficio, & inimicus Ill. d. n. & communis Mutinæ, & malæ famæ, & conditionis, pro quibus representaleis: deuctis collectis, uel debitis non possit, nec debeat aliquo modo impediri, uel grauari per cōmune Mutinæ, uel officiales prælibati domini, nec per aliquam aliam personam in tribus diebus prædictis, nec etiam in die sui itineris, uel redditus, & discessus. De quibus omnibus, & singulis personis stari, & credi debeat sacramento dicti conductoris, & officialis, & pensatorum dicti redditus.

Item: quod omnes, & singuli capitanei cinquantinarum, & massarij uillarum, castrorum, & locorum ciuitatis, districtus, ducatus, comitatus, & diocesis Mutinæ, teneantur, & debeant ad omnem requisitionem dicti conductoris, uel suorum officialium publicè, uel specialiter factam, expensis dicti conductoris, uel suorum officialiū dare in scriptis ipsi conductori, uel officialibus suis omnes,

& singulas personas habentes, tenentes, seu alleuantes aliquos uermes follifellos, seu duplonos in eorum cinquantinis, locis, castris, & uillis, & quantitatem ipsorum uermium, follifellorum, seu duplonorum, quos quilibet de suis uillis, locis, castris, uel cinquantinis haberet, uel alleuaret in suis uillis, locis, castris, uel cinquantinis, poena, & banno pro quolibet, quem succelauerit, & qualibet uice soldorum uiginti mar. & in super totum damnum, quod dictus conductor pateretur exinde, eidem reficere teneantur.

Item: quod omnes, & singuli ciuitatis Mutinæ, & districtus, ducatus, comitatus, & dioecesis, qui alleuarent, haberent, uel tenerent aliquam quantitatem uermium, uel duplonorum in eorum domibus proprijs, uel conductis in ciuitate Mutinæ, uel districtu, ducatu, comitatu, & dioecesi ad omnem simplicem requisitionem capitanei, seu massarij suæ cinquantinæ, uel uillæ, loci, uel castri teneantur dicere, & in scriptis dare dicto capitaneo, seu massario suæ cinquantinæ, uel uillæ, loci, uel castri omnes uermes, & follifellos, uel duplonos, quos haberent in storeis, fraschis, uel aliter, & eorum quantitates secundum quod tunc fuerint, & dari potuerint, ut de eis melius ueritas sciatur per ipsum conductorem: poena, & banno cuiuslibet contrafacienti pro qualibet storea uermium, siue pro quolibet penso follifellorum, duplonorum, uel falopiarum, soldorum centum mar. Et de prædictis, in prædictis duobus capitulis contentis quilibet possit accusare, & denunciare.

Additio 1459. Cui accusatori tertia pars poenæ applicetur:

Item: quod non sit aliqua persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ per se, uel aliū possit extrahere, uel extrahi facere de districtu, comitatu, ducatu, uel dioecesi Mutinæ aliquas soleas mororum, sine expressa licentia dicti conductoris, uel officialium suorum: sub poena, & banno centum soldorum mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Et quilibet possit accusare, & denunciare contrafacientes. Cui accusatori tertia pars poenæ applicetur.

Item: quod nulla persona cuiuscunque conditionis, & status existat, audeat, uel præsumat extrahere, seu extrahi facere de ciuitate, dioecesi, & ducatu Mutinæ aliquam quantitatem follifellorum, duplonorum, uel falopiarum, etiam de uenditis, & emptis secundum formam dictorum ordinamentorum. Sed teneantur ementes ipsos, uel ipsas facere, & ex eis extrahere setam in ciuitate Mutinæ: sub poena decem librarum mar. pro quolibet, & qualibet uice, & amissionis follifellorum, duplonorum, uel folopiarum, & curruum nauium,

nauium, & seu animalium, cum quibus, & super quibus exportarentur, & quilibet possit accusare, & denunciare, & habeat tertiam partem poenæ, & rerum quæ amitterentur dicta de causa.

Redditus gabellæ contractuum, & dotium. Rub. LI.

Locetur dictus redditus contractuum, & dotium pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis uidelicet, quod de qualibet, & pro qualibet libra. f. de singulis uiginti soldis mar. pretij cuiuslibet ueditionis, & traditionis insolutum extra iudiciū oīum, & singulorū bonorū, & rerū immobilium tm, & æstimationis, seu ualoris rerū immobilium pmutandarū, seu donandarū, seu sup qbus, & de quibus fieret trāfactiones, utpote terrarū, domorū, uinearū: casamentorū: boschi: prati: uallis: & cuiuscunq; alterius rei immobilis: uendentes, & ementes ad inuicem, permutantes, & donantes, & transigentes, uidelicet in casu, quo per trāfactionem sit facta traditio rei, super qua fiat trāfactio de tota, uel parte eius, quod tunc de ea parte quæ transfertur soluat gabella: & non in casu in quo fiat dimissio, uel relaxatio solummodo: & donationem recipientes: insolutum dantes, & recipientes extra iudiciū ubicunque sint, & cuiuscunque conditionis sint, & status dictæ res immobiles in ciuitate Mutinæ, comitatu, seu dioecesi teneantur dare, & soluere dicto conductori, seu eius socijs, uel officiali soldum unum mar. uidelicet sex den. mar. pro qualibet parte. Et si in aliqua diuisione bonorum immobilium pro melioramento alterius partium soluat aliquam quantitas pecuniæ, pro tanto intelligat facta ueditio, & p ea soluat gabella, ut supra dictū est. Et nihil aliud p dicta diuisione soluat. Et p qualibet libra pretij, seu quantitatē oīum, & singularū rerū immobilium datarū insolutum in iudicio, et p reuocationē præcarij, p accipientē insolutum expēsis dictorū bonorū solummodo de ipsis bonis soluant, & solui deant dicto conductori, uel officiali, uel suis socijs octo denarij mar. infra octauā diē post diē celebrati cōtractus dictarū rerū immobilium, & possessionū, si cōtractus fuerit factus in ciuitate, uel burgis. Et si extra ciuitatē Mutinæ, uel burgos per districtum, seu comitatum, uel dioecesim factus fuerit sup dictis rebus, uel aliqua earū, infra uiginti dies post diē celebrati cōtractus, uel sententiæ super hoc latæ. Et intelligat celebratus cōtractus ex solo cōsensu partiū sine alia traditione. Et prædicta oīa, & singula habeant uigorē in omnibus, & singulis supradictis cōtractibus, & sētētijs, q, & q fieret p quacūq; psonā cuiuscunque generis, uel status existat in ciuitate Mutinæ, seu burgis,

diocesi, seu comitatu Mutinæ, seu extra districtū, diocesim, ciuitatē, uel comitatū Mutinæ in quacūq; ciuitate, terra, castro, uel loco de rebus immobilibus positus in ciuitate, burgis, diocesi, seu comitatu Mutinæ. Et si aliquis ex dictis contractibus fuerit celebratus, & nō sit facta mētio de pretio, seu æstimationē i dicto cōtractu: tūc dicti cōtrahentes teneant suo sacramēto corporaliter tacto libro declarare æstimationē, & ualorē infra quindecim dies a die celebrati cōtractus, & soluere dictā gabellā secundū dictū modū, sub pœna infra scripta. Si uero aliqui, uel aliquis ex supradictis cōtrahentibus nō soluerit p se, uel aliu dictā gabellā, seu dictos octo denarios i suis casibus, ut supra dictū est, tūc, & eo casu talis nō solues p qualibet uice qua cōtrafecerit, incurrat pœnā quinq; soldorum mar. p qualibet libra pretij, seu æstimationis interueniētis, seu interuentæ in dicto cōtractu de quo gabella soluta nō fuerit, ut supra dictū est. Et nihilominus dicto cōductori, seu eius officiali, uel socijs soluere teneat duplū eius, quod a principio soluere tenebat. Et quod dicta gabella soluat in ciuitate Mutinæ, & nō alibi: exceptis illis locis, in quibus de præsentī per Ill. d. n. exigūt dicta gabella cōtractuū. Et quod illud, quod superius dictū est de solutione dictæ gabellæ, nō habeat locū in dotibus, uel augumētis dotiū: pro quibus dotibus, & augumētis dotiū solū solui debeant denarij sex p libra, uidelicet ab illo solū q recipit dotē, uel dotis augumētū. Et quod p aliqua dote, uel ex causa alicuius dotis nō soluat nisi unica gabella tūc, uidelicet gabella dotis, et si a principio ipsa dos fuisset cōstituta, uel promissa in denarijs, quāuis exposita p breue, uel longum tēpus darentur res immobiles in satisfactionē dictæ dotis, uel promissionis dotis: ita quod ex dicta satisfactionē oriatur unica gabella tūc. Et si aliqua dos, uel augumētū dotis fuerit in rebus mobilibus, seu immobilibus de æstimatione ipsius dotis, seu augumēti, stetur, & credatur sacramento illorum qui dotem dederint, & receperint, & declarauerint infra quindecim dies computandos a die dationis dictæ dotis, uel augumēti. Si autem non declarauerint, stetur de ista æstimatione arbitrio iudicantis.

Item: quod notarij qui scribent, aut scribere debebūt aliqua instrumenta de prædictis rebus, de quibus solui debeat gabella prædicta, qñ cōtractus fuerit factus in ciuitate Mutinæ, uel burgis infra octo dies a die celebrati cōtractus incohandos: & notarij cameræ actorū teneant ad oēm tequisitionē conductoris, uel officialis ostēdere registrū sine aliqua solutione eis faciēda, sub pœna centum soldorum pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum.

Et

Et si extra ciuitatem, & burgos in aliqua parte comitatus, seu diocesis, infra quindecim dies debeant manifestare dicto conductori, seu eius officialibus dictum contractum tunc factum: sub pœna librarum uiginti quinque mar. pro quolibet contractu non manifestato. Et teneatur quilibet notarius ad instantiam, & requisitionem dicti conductoris, seu eius sociorum, & officialium dictæ gabellæ semper, & quodocunque ostendere scedas suas: imbreuiaturas: & protocola omnes, & omnia ipsi conductori, uel habenti causam ab eo, absque aliqua solutione: sub pœna soldorum centū mar. cuilibet contrafacienti, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit sine remissione auferenda.

Item: quod dicta gabella nō possit incantari, nec uendi nisi completo termino conductionis cuiuslibet conductoris, nisi fieret locatio uniuersalis gabellarum.

Item: quod qualibet persona ciuitatis Mutinæ, comitatus, & diocesis, tam terrigena, q̄ forensis, quæ in ciuitate Mutinæ, comitatu, seu diocesi duxerit ad domum propriam, uel conductam, undecunque ducat, aliquam in uxorem, uel pro sua uxore, dum tamē in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel diocesi Mutinæ matrimonium consumauerit, uel iuerit ad standū cum dicta sua uxore, quod ipsa talis psona, quæ ipsam talē uxore duxerit sic, uel iuerit ad standū cū ea, teneat, & debeat infra quidecim dies a die, quo ipsam uxore sic duxerit, uel iuerit ad standū cū ea, cōputādos dare, & soluere cōductori dicti redditus, uel suis socijs, uel officialibus dictæ gabellæ sex den. paruos p qualibet libra sūmæ, seu æstimationis dotis p ipso matrimonio cōstitutæ, uel pmissæ: non obstāte, quod de ipsa dote non sit factū instrumentū. Et si nulla dos foret p ipso matrimonio cōstituta, uel pmissa, oīa bona, iura, & actiones indubitata, & indubitata ipsius mulieris intelligant esse dos ipsius mulieris, quo ad solutionē dictæ gabellæ, & pro eis solui debeat gabella prædicta secundū æstimationē fiendā per bonos uiros, per officiales gabellarum eligēdos. Hoc semper saluo, & reseruato, quod dicta persona, quæ sic soluerit dictā gabellā p dicta dote, ulterius nullā gabellā soluere teneat tpe dicti conductoris, quo dicta gabella soluta fuerit, uel alterius cōductoris dicti redditus, seu cōi Mutinæ, si remanebit in cōi qñ de ea dote fiet instrumentū. Quod si tpe dci cōditi instrumenti dotis, uel augumēti, talis recipiēs dotē, uel augumētū nō pbauerit tpe cōsumati matrimonij soluisse dictā gabellā, uel soluisse p minori quātitate q̄ cōtineat instrumenta, tūc ad solutionē dictæ gabellæ, seu dci pluris possit cogi, & cōpelli. Sed quilibet notarius memorialiū

H 2

communis Mutinæ ipsum instrumentum uisa bulletta conducto-
ris dicti redditus, uel officialis dicti anni, quo facta fuerit solutio
modo predicto, ponere, & scribere possit, teneatur, & debeat in li-
bris memorialium cōmunis Mutinæ, non obstantibus aliquibus
prouisionibus, uel modis gabellarū cōmunis Mutinæ decetero sien-
dis in cōtrariū sup dicto redditu, uel pacto alicui futuro cōductori
dicti redditus decetero fēdo: qbus ex nunc præsēntis prouisionis
auctoritate intelligatur, & sit specialiter, & totaliter derogatum.

Item: quòd si ex aliquo contractu cuiuscunque conditionis ali-
cuius rei immobilis, de qua solui debeat gabella, ut supra declara-
tum est, fuerit in alterum translata possessio ex qua possidenti quæ-
ratur ius in re, uel translatum dominium quocunque modo, ipsa
res intelligatur esse uendita, quantum ad solutionem gabellæ præ-
dictæ faciendam tantum: ita quòd de ipsa re solui debeat gabella
prædicta. Intelligendo id, quod supra dictum est, quando possessor
acquiret ius in re, uidelicet utile dominium, & non directum: ut
est in contractu emphiteotico: liuello: præcaria, & similibus: exce-
ptis locationibus, & conductionibus simplicibus quantumcunque
factis ad longum tempus, uel longissimum. De quibus locationi-
bus, & conductionibus nihil soluatur de dicta gabella. Saluo, nisi
essent contractus facti a principio, uel ex postea cum pacto renoua-
di, uel ad renouandum in perpetuum, uidelicet sine temporis præ-
finitione. Quo casu obseruetur illud in dictis locationibus, quòd
obseruatur in cæteris contractibus, ex quibus acquiritur utile do-
minium, quò ad solutionē gabellæ: declarādo, quòd ubi utile dñium
solummodo acquirit, in casu quo dicta gabella solui debeat: ipsa
gabella soluat solū p ualuta, & seu ualore utilis dñij: quòd æstima-
ri debeat in scriptis, & cōsideratis suis oneribus qualitibus, & cō-
ditionibus secūdū æstimationē faciendā p duos bonos uiros eligē-
dos, alterū p gabellariū, uel eius officialē: & alterū p partes. Quibus
discordantibus eligat unus ex confidentibus datis p partes. Et præ-
dicta locū non habeant in rebus immobilibus legatis, uel ex ulti-
ma uoluntate quoquo modo relictis: de quibus possessio, uel do-
minium in aliū trāsferat. Et similiter locū nō habeat in rebus, de quibus
iudicialis tenēta dare, nisi dictæ res fuerint insolūtū adiudicatæ.

Itē: quòd oēs, & singulæ psonæ cuiuscūq; cōditiōis, status, & qua-
litas, sint cōmorantes in ciuitate Mutinæ, uel eius districtu, comi-
tatu, uel diocesi, q̄ terras aliquas cuiuscūq; gñis, qualitas, & ma-
nerie existat, uel existerēt, & alias quascūq; res immobiles haberēt,
tenerēt, uel possiderent in dicta ciuitate, uel districtu, si dictas ter-

ras,

ras, uel res, uel earum partem aliquam uēdere, uel alienare alicui,
uel aliquibus personis, uel aliquem quēuis contractum inuenerint,
uel inire uellent, per quem ab eis abdicaretur dominium, uel qua-
si, uel possessio, & seu abdicari posset, ex quibus contractibus, uel
quasi dominium directum, uel utile acquireretur, & seu transfe-
reretur, uel ius in re cōstitueretur, uel acquireretur: ex quibus dicta
gabella deberetur secundum formā modorum suprascriptorum
talium terrarum, uel rerum, uel partis earum non possint, nec ua-
leant de talibus uenditionibus, alienationibus, & alijs, ut supra
quibuscunque cōtractibus prænominatarum terrarum, uel rerum
immobiliū fieri facere aliquod instrumentū extra ciuitatem Muti-
næ, uel districtum per aliquem notariū Mutinensem matriculatū,
uel non: uel alium quēcunque notarium forensē, uel de comi-
tatu Mutinæ. Quod si contractum fuerit, talis uenditio, uel alie-
natio non ualeat, nec teneat ipso iure, nec quiuis alius contractus,
sic in dicto instrumento, uel instrumentis contentus, & descri-
ptus, in quantum est, & fuerit in contrahentium fauorem. Qui-
nimo, & prædicti sic contrahentes, & ipsorum quilibet contra for-
mam præscriptam uenientes, & contrafacientes pro qualibet uice
cadant in pœnam pro quolibet librarū decem mar. ipso facto. Et
notarius tale instrumentum, uel instrumenta conficiens in tantū-
dē, quæ pœna applicetur cameræ domini pro dimidia, & pro alia
dimidia conductori dicti redditus. Et nihilominus prædicti sic cō-
trahentes, & eorum quilibet gabellam duplicatam soluere tenean-
tur: Saluo nisi tales contrahentes, uel alter ex eis post dictum cele-
bratum contractum, de quo confectum foret dictum tale instru-
mentum, ut supra denuntiauerint conductori dicti redditus, infra
terminum sex dierum, a die dictæ confectionis dicti instrumenti,
uel instrumentorum computandorum.

Item: quòd si aliqua uenditio, uel contractus de quo, uel qua sol-
ui debeat gabella prædicta fieret per aliquā personam de aliqua re
immobili, sita in ciuitate, comitatu, seu diocesi Mutinæ, ipsa res
sic uendita obligata sit ad solutionem dictæ gabellæ, & pro ipsa ga-
bella possit capi, si alter ex contrahentibus non posset cōueniri, uel
non sit soluendo. Saluo quòd ille, qui soluerit pro alio semper
habeat regressum contra illum, pro quo soluerit, uel fuerit graua-
tus, ut haberet conductor, seu habet.

Item: quòd capitanei cinquantinarum, & burgorum ciuitatis
Mutinæ, & massarij uillarum, & communium comitatus, & diocē-
sis Mutinæ teneantur, & debeant quoties de hoc publicè, uel

H 3

specialiter fuerint requisiti, expensis tamen dicti conductoris, dare in scriptis dicto cōductori, seu officialibus suis omnes, & singulas personas, suæ cinquantinæ, uel uillæ, seu communis, uel aliunde, qui conduxissent in ipsis cinquantinis, uillis, seu communibus ali quas uxores in illo anno, uel uiissent ad habitandum cum eis: sub pœna, quæ continebitur in eridis de hoc factis.

Item: quòd quilibet agrimensor, qui ad petitionē alicuius mensurabit aliquam quantitatem terrarum uenaliū, uel uenditarum in magna, uel modica quantitate teneatur, & debeat, quandoque fuerit requisitus a conductore dicti redditus, uel ab habente, uel habentibus causam ab eo, manifestare suo iuramento uerā quantitatem dictæ mensuræ: sub pœna soldorum uiginti mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit.

Item: quòd quicumque conduxerit datium, seu gabellam prædictam, & officiales ipsius gabellæ teneantur, & debeant ad omnē requisitionem noui conductoris, uel eius sociorum, uel officialiū eiusdem gabellæ post finitum officium, & conductionem ipsius ueteris conductoris, infra tres dies, dare in scriptis nouo conductori dictæ gabellæ, seu officialibus, & socijs propria manu dicti ueteris conductoris, seu officialis omnes contractus scriptos in suis libris, de quibus solui debuerit gabella prædicta, gabellæ contractuum, seu dotium, de quibus contractibus non fuerit celebratum instrumentum tempore officij, & conductionis dicti ueteris conductoris, & officialis: sub pœna uiginti quinque librarum mar. Et quòd dominus Potestas, & officialis deputatus super gabellis prædictis, tales conductores, & officiales ueteres ad hoc possint, & debeant, & ad prædicta realiter, & personaliter iuris remedijs, etiam eisdem maiorem pœnam imponendo, si sibi uidebitur, compellere.

Super redditu macinæ intra portas, & buccarum extra. Rub. LII.

In primis, quòd quælibet persona ciuitatis Mutinæ, & districtus, tam terrigena, quàm forensis, Ecclesiastica, uel secularis cuiuscūque conditionis, & status existat, habitans intra portas ciuitatis Mutinæ, quæ decætero macinauerit, seu macinari fecerit aliquam quantitatem frumenti, seu bladi, uel mixturæ in ciuitate Mutinæ, intra portas, uel alibi teneatur, & debeat dare, & soluere conductori dicti redditus, uel eius socijs, uel officialibus, uel habenti causam ab eo deñ. decem, & octo mar. pro quolibet stario frumenti macinati

non

non pensato. De pensato autem, de singulis septem libris, cum dimidia dicti frumenti deñ. unum paruum mar. & octo deñ. paruos mar. pro quolibet, & de quolibet stario mixturæ macinata. Et intelligatur frumentum faba cum frumento mixta, seu segala, & omne aliud bladum, in quo erit maior quantitas frumenti, quàm alterius bladi. Et intelligatur mixtura faba sola, segala sola, milica sola, spelta sola, & omne aliud bladū, uel legumen solum, uel mixtū, cum quo, uel quibus non fuerit maior pars frumenti mixti cū eis. Et quòd dicti conductores non possint, nec debeant sibi satisfacere de dicta gabella ad modum pensæ de mixtura. Et habet locum istud capitulum in bladis, etiam acquisitis de macinatura: ita, & taliter quòd quilibet munarius, & conductor molendini, seu dominus, teneatur semper ad requisitionem dictorum conductorum, uel officialium dare in scriptis dicto conductori, uel officiali omnes buccas, quas habuerit in domo, uel familia sua. Et teneatur dictus munarius, siue conductor, uel dominus molendini macinari facere cum bulletta, ut faciūt alij, sex staria frumenti pro singula bucca in anno, & soluere macinam dicto conductori, seu officialibus, ut faciunt alij habitantes in ciuitate. Et siue macinauerit, s. dictam quantitatem totam, siue non, pro tota quantitate teneatur soluere in tribus terminis. s. tertiam partem de mense Martij, tertiam de mense Augusti: & tertiam de mense Nouembris. Quod si non fecerit, possit conductor, uel officialis dicti redditus inhibere, & uetare quòd molendinum suum non macinet alicui, nec macinare possit, donec dicto cōductori fuerit de prædictis integre satisfactum. Et hoc locum habeat in habitantibus in ciuitate tantum quolibet tempore pacis, nec habeat locum in exemptis per instrumenta, & laboratoribus terrarum, habitatoribus tempore pacis in districtu Mutinæ: qui tempore fugæ: seu guerræ se reducerent in ciuitatem Mutinæ: qui sine aliqua solutione gabellæ prædictæ libere possint macinare, & consumere in dicta ciuitate Mutinæ unam minam frumenti, seu bladi pro singulo mense, & singula bucca suæ familiæ a quinque annis supra, computata omni quantitate farinæ, quam portarent, seu conduci facerent intra ciuitatem Mutinæ, tempore fugæ, uel guerræ, & pro omni pluri quantitatis bladi, quod macinauerint ultra dictam quantitatem, teneatur ad dictam gabellam soluendam officiali dictæ gabellæ macinæ. Nec etiam locū habeat in aliquibus habitatoribus districtus Mutinæ extra portas, similiter uenientibus ad habitandum in dicta ciuitate Mutinæ, tempore fugæ, uel guerræ, qui similiter macinare

possint sine solutione dictæ gabellæ, & consumere in dicta ciuitate modo, & forma prædictis, ut de exemptis dictum est. Et nihilominus ad solutionem gabellæ buccarum conductori dictæ gabellæ buccarum effectualiter teneantur, ac si continuo habitarent extra portas in districtu Mutinæ. Si uero aliquis ex dictis habitatoribus districtus Mutinæ, buccas soluere debentibus, se reduceret tēpore guerræ, uel fugæ extra districtum Mutinæ: ubicunque se reduceret pro eodem anno dictam gabellam buccarum soluere teneatur, & debeat, perinde ac si in districtu permansisset: si ipse annus erit inceptus quando sic ibit ad habitandum extra, dummodo iuerit, & habitauerit extra districtum, & episcopatum Mutinæ, & non pro pluri.

Item: quòd quilibet districtualis ciuitatis Mutinæ, qui se rederit ad dictam ciuitatem occasione guerræ, uel fugæ, conducens aliquam quantitatem farinæ macinata, intra dictam ciuitatem, teneatur, & debeat dictam quantitatem farinæ denunciare conductori dicti redditus, seu eius officialibus ad portam deputatis: sub pœna amissionis dictæ farinæ, quam non denuntiaret. Si uero conducta fuerit per aliam personam non soluentem ad buccas, uel nō exemptam per instrumenta, dictam denuntiationem, & præsentationem facere teneatur pœna prædicta, & soluere, ac si macinasset intra ciuitatem Mutinæ.

Redditus buccarum extra. Rub. LIII:

Item: quòd quilibet habitator in principio anni, siue post extra portas ciuitatis Mutinæ in burgis, siue districtu, exceptis ijs qui exempti sunt per instrumentum, & exceptis ijs qui non sunt in æstimo in ciuitate, uel in aliquo communi districtus Mutinæ, siue qui nihil possideant per se, uel aliquem de sua familia, ultra ualorem libr. 25. mar. in bonis immobilibus in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu, debeat soluere dictam macinam gabellario buccarum pro se, & pro quolibet de sua familia masculo, & foemina, excedente ætatem quinque annorum, macinet quantum uelit, & ubi uelit, soldos sex mar. pro qualibet bucca suæ familiæ, soluendo in tribus terminis, uidelicet, tertiam partem de mense Ianuarij: tertiam partem de mense Maij: & reliquam tertiam partem de mense Septembris. Et non possit aliquis grauari in primo mense aliquorum dictorum trium terminorum. Et quilibet, qui stabit extra portas in districtu Mutinæ per dies quindecim in aliquo

aliquo dictorum trium terminorum debeat soluere per totum illum terminum modo prædicto. Et possit quilibet prædictorum macinare quantum uoluerit dummodo habeat bullettam ab officiali suo, sine qua non possit macinare: sub pœna decem soldorum mar. pro quolibet stario.

Item: quòd omnes, & singuli capitanei cinquantinarum, & burgorum ciuitatis Mutinæ, & massarij uillarum, & locorum districtus Mutinæ, ad omnem requisitionem conductoris, & officialis dicti redditus, infra quintam diem, si per nuntium communis Mutinæ, uel infra octo dies, si per proclama fuerint requisiti quoties p prædictos conductores, uel officiales publicè, uel specialiter fuerint requisiti, teneantur, & debeant dare in scriptis dicto conductori, & suis officialibus omnes, & singulos habitatores in dictis burgis, uillis, ac communibus suis ætatis quinque annorum, & abinde supra neminem omittendo: Et teneantur etiam non requisiti, elapso supra scripto termino, dare in scriptis omnes, qui post dictum terminum uenerint ad habitandum in dictis suis uillis, communibus, & burgis, & ibi per quindecim dies moram traxerint. Et ad idem teneantur dicti capitanei, siue massarij in illis buccis, quæ ætatem quinque annorum perfecerint post lapsum dicti termini: sub pœna soldorū decem mar. pro qualibet bucca subcelata de prædictis dicto capitaneo, seu massario de suo proprio. Et quilibet possit accusare, & denuntiare:

Item: quòd quilibet caput domus, & familiæ habitans, & qui habitabit extra portas, in burgis, & districtu Mutinæ ad omnem requisitionem dictorum conductorū, uel officialis, & capitanei, uel massarij siue cinquantinæ, uel uillæ, aut communis teneatur dare in scriptis dicto conductori, uel officiali, aut capitaneo, seu massario prædictis omnes, & singulos de sua familia masculos, & foeminas ætatis quinque annorum, & abinde supra, neminē omittendo. Et teneatur prædictus caput domus, etiam non requisitus ut supra, denunciare omnes, & singulos, qui post requisitionem prædictam ultra quindecim dies habitauerint in eius domo, seu familia: & singulos, qui ætatem quinque annorum perfecerint sub pœna, & banno soldorum quadraginta mar. pro qualibet bucca subcelata. Et nihilominus ad soluendum sex soldos march. pro gabella dictæ buccæ teneatur. Et quilibet possit accusare, & denuntiare.

Item: quòd omnes, & singuli sic habitantes extra portas ciuitatis Mutinæ, qui tenentur soluere dictam gabellam, qui cessauerint

soluere ipsum datum, & gabellam infra superscriptos terminos datos ad solutionem dicti redditus, nihilominus ad solutionem ipsorum teneantur, & compellantur. Et quod elapso singulo termino ad solutionem, poenae quarti totius eius, quod soluere omiserint, teneantur. Et hoc si non soluerint infra quinque dies postquam requisiti fuerint ut soluant per conductorem, uel nuntium eius. Cuius nuntij expensam soluat debitor, & aliter non.

Item: quod si aliquis ciuis Mutinae iuerit ad habitandum, uel miserit partem suae familiae in aliquam uillam districtus Mutinae, quod ipse ciuis, uel dicta sua familia compelli non possit soluere dictum redditum ad buccas pro buccis, quae sic missae fuissent, uel stetit in uilla, nisi pro eo tempore tantum, & pro eis buccis, quae sic iuissent, & stetit in uilla.

Item: quod non sit aliquis munarius, nec aliqua alia persona terrigena, uel forensis, quae possit, audeat, debeat, uel praesumat portare, seu portari facere, recipere, macinare, seu macinari facere in aliquo molendino existente extra portas ciuitatis Mutinae, aliquod bladum alicuius conditionis, alicuius ciuis Mutinae intra portas habitantis: nec alterius forensis habitantis extra districtum Mutinae: nec alterius qui non soluat dictum redditum macinare ad buccas, uel pro suis buccis, & suae familiae sine expressa licentia conductoris, uel officialis praedictorum: sub poena dupli gabellae, quae pro dicto blado solui debuerit, & amissionis dicti bladi. Et si fuerit munarius, qui dictum bladum receperit in molendino, uel macinauerit, seu macinari fecerit, & de ipso molendino extrahi permiserit absque licentia dictorum conductoris, uel officialium, in decem soldis mar. pro quolibet stario dicti bladi condemnatur, & in duplo gabellae, quae solui deberet pro ipso blado.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis habitans intra portas ciuitatis Mutinae, cuiuscunque status, & conditionis existat, possit, nec debeat macinare, nec macinari facere aliquam quantitatem bladi in aliquo molendino ciuitatis Mutinae, uel districtus, nec etiam recipere, uel reportare, uel reportari facere in dictis domibus, nec molendinis causa macinandi, nisi primo fecerit scribi dictum bladum, & cuius fuerit, officiali ad dictam gabellam deputato per dictum conductorem, sub poena uiginti soldorum mar. pro quolibet facto, & qualibet uice.

Item: quod nullus munarius, uel portator, uel aliqua alia persona possit extrahere farinam, uel saccum de ipsis molendinis, nisi primo soluerit gabellam praedictam officiali dicti redditus: sub poena decem

decem soldorum pro quolibet, & qualibet uice. Et insuper teneatur, & debeat soluere gabellam praedictam, & postea habeat regressum contra eum, pro quo soluerit dictam gabellam, ut haberet dictus conductor. Et hoc si ad instantiam ipsius conductoris, uel officialis penes ipsum munarium dicta farina fuerit sequestrata etiam uerbo tantum ipsius conductoris, & aliter non.

Item: quod nulla persona habens pistrinum, uel aliqua alia persona terrigena, uel forensis possit, nec debeat macinare ad pistrinum, nec cum pistrinis, nec macinari facere, nec ire ad macinandum ad dictos pistrinos, nisi primo fuerit in concordia cum dicto conductore, uel officialibus suis, uel habente causam ab eo: sub poena librarum trium mar. pro quolibet, & qualibet uice. Quod locum non habeat in aliquibus macinantibus extra portas, qui soluerint buccas.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis, cuiuscunque status, & conditionis existat possit, nec debeat macinare, nec macinari facere aliquam quantitatem bladi in aliquo loco districtus Mutinae, nec in aliquibus terris non obediens comuni Mutinae: sub poena librarum quinquaginta mar. & amissionis boi: currus: rerum: & bestiarum portantium ipsum bladum, & quilibet possit accusare, & denunciare contrafacientes. Et quilibet, qui portauerit farinam de alieno districtu, uel aliquo alio loco, ubi non colligatur gabella per Ill. d. n. respondente gabellae praedictae ciuitatis Mutinae, intra portas ciuitatis Mutinae, teneatur soluere gabellam superscriptam dicto conductori, uel suis officialibus, uel habenti causam ab eo infra tertiam diem, postquam eam conduxerit: sub poena decem soldorum mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quod quilibet munarius, & portator cuiuscunque molendini teneatur, & debeat de die, & de nocte aperire ostium dicti molendini dicto conductori, uel suis officialibus ad omnem requisitionem ipsorum, toties, quoties ipsi petierint sibi aperiri. Et hoc ut uidere possint. & examinare, ne fraudes committantur in ipsis molendinis pro dicto reddito: sub poena soldorum centum mar. pro quolibet, & qualibet uice.

Item: quod nulla persona cuiuscunque conditionis, & status existat possit portare, seu portari facere aliquod bladum integrum de bladis, quae sint intra portas ciuitatis Mutinae, extra portas ciuitatis praedictae praetextu, uel occasione macinandi ad aliqua molendina, nisi essent in concordia cum dicto conductore, uel eius officialibus, sub poena soldorum uiginti march. pro quolibet, &

qualibet uice, ac amissione dicti bladi.

Item: quod dictus conductor, & sui officiales ad eorum uoluntatem, & sine sui præiudicio, & grauamine possit ire de nocte cū lumine causa circandi ipsa molendina ne fraudes committatur in eis, faciendo se scribi, & socios suos coram officiali custodia.

Item: quod qualibet persona possit licite, & impunè uenire de alieno districtu, uel episcopatu in districtum Mutinæ, & similiter redire cum eorum farinis sine præiudicio, & grauamine, soluendo gabellam prædictam, uidelicet soldum unum pro singulo stario frumenti: & sex den. mar. pro quolibet stario mixturæ: ita tamen facta prius fide, quod dictum bladum de alieno episcopatu, siue districtu fuerit conductum.

Item: quod omnes habitatores intra portas ciuitatis Mutinæ, qui macinauerint, uel macinari fecerint aliquod bladū in aliquo molendino ciuitatis, uel districtus Mutinæ in quacunque parte fuerit dictæ ciuitatis, uel districtus dictum molendinum, uel molendina, teneantur, & debeant dare dicto conductori, uel officiali dictum datium, & gabellam macinæ pro ea quantitate bladi quam macinauerint, uel macinari fecerint in aliquo dictorum molendinorum: sub pœna librarum uiginti quinque mar. auferenda ab omnibus, & singulis qui in prædictis, uel aliquo prædictorum, non soluendo datium prædictum, contrafecerint. Et quod nihilominus dicti contrafacientes, & quilibet prædictorum dicta sua blada, & farinas amittant.

Item: quod nullus conductor antedicti datij, uel eius officiales, uel habens causam ab eo possit, uel debeat, audeat, uel præsumat facere, aut fieri facere bullettam alicui personæ de aliqua quantitate frumenti causa macinandi, nisi dictum frumentum fuerit pensatū ad pensam communis, & hoc sub pœna soldorum centum march. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Et quilibet possit accusare, & denuntiare, & accusator habeat medietatē condemnationis, & stetur dicto suo cum uno teste idoneo.

Item: quod quicumque habitator alicuius terræ, uel loci diocesis, seu comitatus Mutinæ non obedientis ciuitatis Mutinæ, portauerit ad macinandum aliquod bladum, siue portauerit farinam ad alium locum dicti comitatus, seu diocesis non obedientem per districtum Mutinæ, teneatur accipere bullettam a conductore dicti redditus, uel eius officialis, & soluere gabellam macinaturæ dicti bladi, ac si foret macinatum in districtu Mutinæ, sub pœna amissionis dictæ farinæ, uel bladi taliter portati, uel portatæ, ac bestiarum boum,

boum, & curruum, super quibus, & cum quibus dictam farinam, uel bladum portauerint, & nihilominus gabellam duplicatam soluere reneantur.

Redditus introitus portarum. Rub. LIIII:

Locetur dictus redditus pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis: quod qualibet persona, tam terrigena, q̄ forensis, cuiuscunque conditionis existat, quæ conducet, seu conduci faciet in ciuitatem Mutinæ, uel burgos intra circas ueteres ciuitatis Mutinæ tantum aliquem currum, uel carrectam, seu animal ponderatum, uel ponderatam, & oneratum, uel oneratam ad minus starijs uigintiquatuor frumenti: fabæ: milij: ordeï: leguminum: soluator conductori dicti redditus, seu officiali ad introitum ciuitatis, uel circarum, si ibi fuerint officiales, soldus unus mar. Speltæ uero, milicæ: uenæ: segalæ: scandellæ: & similibus, starijs triginta ad minus, soldus unus. A starijs uero uigintiquatuor frumenti: fabæ: milij: ordeï infra, pro singulis starijs duobus, den. unus. Speltæ uero, & aliorum, pro singulis duobus starijs cum dimidio soluator den. unus. Intelligendo, quod supra dictum est de uno soldo quando non conducit causa uendendi. Quando uero causa uendendi soluantur pro curru ponderis, de quo supra, soldi duo habita ratione de qua supra: & de quibuscunque alijs rebus, cuiuscunque conditionis sint, uel fuerint teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, uel eius socijs aut officialibus ad colligendum dictum datium deputatis, incontinenti ad introitum ciuitatis, uel circarum prædictarum, si ibi fuerit officialis pro dicto conductore ad dictam gabellam colligendum, modo infra scripto, uidelicet. Pro quolibet curru, & carrecta a quatuor rotis de aliquibus rebus, quæ conducerentur ad uendendum, soldos duos. Et pro quolibet curru, & carrecta a quatuor rotis ponderatis de aliquibus rebus, quæ non conducerentur ad uendendum tunc unum soldum march. Et pro qualibet lelza, & barocio ponderatis de aliquibus rebus, quæ conducerentur ad uendendum, soldum unum: & ad non uendendum tunc den. octo paruos mar. Saluo: quod de quolibet curru, & carrecta a quatuor rotis ponderatis de rebus forensibus, conducendis ad uendendum de alieno districtu, soldi quatuor. Saluo, q̄ de summatarijs, uel animalibus

bus ponderatis blado : uel uuis : foeno : palea : uel alio stramine : glandibus, lignis combustilibus, uel fructibus, pro usu ciuium de quibus soluatür tantum deñ. unus paruus pro qualibet summa. Saluo, quòd si aliquis iuerit ad macinandum cū summis, uel curribus, nihil soluere teneatur.

Item : quòd de quolibet, & pro quolibet animali ponderato, uel summario, de aliquibus rebus conducendis cum eo ad uendendum, tunc soluantur deñ. duodecim mar. & ad non uendendum deñ. octo march. quæ non sint specificatæ in proximo præcedenti capitulo.

Item : pro quolibet sandalo, siue burchiono ponderatis, qui cõducerentur in ciuitatem Mutinæ, uel intra circas prædictas per canale, seu nauigium, & aliunde, soluatür, & solui debeat modo prædicto pro quolibet pondere rerum existentium in ipsis nauibus, burchionis, seu burchijs, aut sandalis gabella prædicta ad similitudinem superscriptorum currum, & cartectarum, barociorum, uel summarum, secundum quòd casus acciderit, ut superius de curribus, & summis singulariter est expressum, & secundum quantitatem rerum existentium in ipsis nauibus, sandalis, seu burchijs. Ita tamen, quòd quodlibet lignarium lignorum, intelligatur esse quatuor currus, & non ultra. Saluo, quòd si dicta gabella soluta fuerit tñ secundum formam rerum non uenditarum, & postea uenderentur, seu conducerentur ad uendendum super curru, carrecta, barocio, uel summario, solui debeat eo casu ultra illud, quod solutum esset, tanquam de rebus uēditis, uidelicet de quolibet curru, & carrecta a quatuor rotis ponderatis, alius soldus mar. pro summa, siue summarijs deñ. sex mar. Reuēditores uero consueti aliquarum rerum, si conducerent, seu conduci facerent aliquas de prædictis rebus, quas sunt consueti uendere, licet eas statim non uenderent, soluere debeant gabellam prædictam duplicatam, uidelicet tanquam de rebus uēditis. de lignis, uel uino emptis, quas conducerent, uel conduci facerent pro sua necessitate, & sua familia.

Quod locum nō habeat in magistris lignaminum ciuitatis Mutinæ, & burgorum, qui conducerent, seu conduci facerent aliqua lignamina apta ad ædificandum, uel reparandum aliqua ædificia, nisi a die conductionis dictorum lignaminum, tales magistris ædificauerint, uel reparauerint sua ædificia, infra duos menses cõputādos. Et saluo, quòd nemo soluere teneatur gabellā prædictā pro aliquibus curribus, uel carrectis, super quibus cõducerentur ad ciuitatem Mutinæ, aliquæ dominæ, uel familiæ alicuius ciuis, uel habi-

habitori ciuitatis Mutinæ cum aliquibus culcidris, & massaricijs, siue culcidræ, & massariciæ domicellis, & massaricijs non existentibus super dictis curribus tempore aliquo. Siue super quibus curribus cõducerentur culcidræ, & massariciæ alicuius ciuis, uel districtualis Mutinæ tempore alicuius fugæ, uel timoris aliquorum inimicorum ciuitatis Mutinæ, occasione dictæ fugæ, & timoris. Et si gabella contenta in dictis modis non fuerit soluta termino ordinato in eis, & cridis : tales non soluentes dictam gabellam soluere teneantur duplum.

Item : quòd si aliquis conduceret in ciuitatem Mutinæ, uel intra circas prædictas aliquem currum, uel barocium, lelzam, uel strozam cum duobus paribus bouum, uel alio animali ultra unum par bouum, si plus conduceret iusto pondere unius paris bouum, soluere teneatur gabellam prædictam pro rata eius, quod plus conduxerit iusto pondere paris bouum ad rationem prædictam, ultra dictā gabellam, de qua supra fit mentio.

Item : quod quicumque uoluerit ædificare, uel reparare domū aliquam in ciuitate Mutinæ, uel burgis, possit libere, & sine solutione aliqua dicti redditus conducere, siue conduci facere lignamen cuiuscūque generis : assides : lapides : tabellas : cupos : glaronos : calcem : sabulonum : & terram eis opportunam occasione dicti ædificij, seu reparationis.

Redditus currum ferratorum. Rub. LV.

Locetur dictus redditus pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

IN primis, quòd quælibet persona, quæ habuerit, seu tenuerit aliquem currum, carrectam, seu barocium ferratum, seu ferratam, seu non ferratum, uel non ferratam in ciuitate Mutinæ, burgis, seu districtu, cum quo, seu cū qua carrezauerit, seu carzreati fecerit, teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, seu eius socijs, uel officialibus pro toto anno, si eum tenuerit per totum annū, soluendo in tribus terminis, ut soluitur pro bouatia. Si uero ex aliquo ex dictis terminis ipsum non tenuerit, & cum ipso non fuerit operatus, tunc pro dicto totali termino, uel terminis nihil soluat. Et semel tantum in anno pro qualibet rota ferrata soldos tres deñ, nouem mar. quod quidem locum non habeat in aliquibus rotis, quæ non habeant aliquas planas de ferro, & quæ non sint ferratæ

de aliquibus planis cuiuslibet rotæ supra. Et pro qualibet rota non ferrata solidos duos march. ita tamen quòd ille currus, uel rota ferrata, uel non ferrata, pro quo, uel pro qua soluta fuerit gabella prædicta dicto termino, non possit ulterius compelli ad dictam gabellam soluendam: non obstane eo, quòd ille, cuius fuerit, & soluerit gabellam pro dicto curru, alteri uendiderit, seu eum, uel eas ad pitturam dederit: ita quòd semel tantum pro una quaque rota, & curru ferrato, & non ferrato una gabella soluatur tantum, & non ultra: dummodo ille, uel illi, qui soluerint gabellam prædictam pro suo curru, seu curribus, & tot rotis ferratis, & non ferratis, & eum, uel eas faciat scribi tempore uenditionis ipsius currus, seu currum dicto conductori, & cui, uel quibus uendiderit: saluis pactis inter uenditorem, & emptorem dictorum currum, quæ non sint in damnum, nec præiudicium dictæ gabellæ, nec conductoris prædicti. Et si ille, qui uendiderit rotas ferratas, uel non ferratas, uel currum pro quo, uel quibus soluisset dictam gabellam, & eum, uel eas non uenderet liberum, uel liberas a solutione dictæ gabellæ facienda modo prædicto: & postea eodem anno habuerit, & conduxerit, seu conduceret alias rotas ferratas, uel currum ferratum, uel non ferratum pro ipso anno, pro quo soluerit dictam gabellam, & tot rotis ferratis, & non ferratis, pro quibus soluisset dictam gabellam, non teneatur ipso anno amplius soluere ipsam gabellam pro ipsis rotis ferratis, uel non ferratis, quas teneret loco illarum, quas uendidisset, pro quibus soluisset dictam gabellam pro dicto anno tantum: sed ille tantum, qui emerit ab eo absque dicta libertate, soluere teneatur in casu prædicto, & non aliter.

Item: quòd quilibet, caput cinquantinæ ciuitatis Mutinæ, & burgorum, & quilibet massarius cuiuslibet uillæ, & communis districtus Mutinæ, teneatur, & debeat dare in scriptis per publicum instrumentum dicto conductori, uel suis socijs, uel officialibus omnes, & singulos habentes, tenentes, & conducentes aliquem currum carrectam, seu barocium ferratum, uel non ferratum, seu habentes rotas ferratas, uel non ferratas in dictis suis cinquantinis, uillis, seu communibus, uidelicet, infra quindecim dies postquâ fuerit præconizatum per bannitores comunis Mutinæ, illos de uillis, & communibus districtus Mutinæ: & octo dies illos de ciuitate, & burgis Mutinæ, sub pœna quicquid soldorum mar. pro quo libet curru, uel rota non datis in scriptis, & qualibet uice. Et gabellam superscriptam ordinatam per dictis curribus carrectis, & barocijs, habentes, & conducentes eas, ut superius continetur, teneantur soluere ad

ad uoluntatem dicti conductoris, seu officialis sui facta prius criada per bannitorem comunis Mutinæ de dicta solutione facienda de dictis curribus, carrectis, seu barocijs antedictis infra terminum quindecim dierum: Quo termino elapso, non soluens, incurrat pœnam dupli eius, quòd soluere debebat. Saluo, quòd quilibet exemptus ab anno millesimo quadringentesimo sextodecimo de mense Octobris citra per instrumentum non renouatum ad solutionem dicti redditus minime teneatur. Et teneatur quilibet habens currum, uel carrectam, si fuerit intra Mutinam, uel burgos Mutinæ infra octo dies: Et si extra infra quindecim dies computandos a die, qua dictum currum, seu carrectam habuerit, denuntiare dicto conductori, seu suis officialibus dictum currum, seu carrectam, sub pœna decem soldorum mar. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice qua fuerit contrafactum.

Redditus bullettarum uiatorum. Rub. LVI.

Locetur dictus redditus pactis, modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis, quòd conductor dicti redditus possit accipere a quo libet ab equo transeunte solidos duos mar. & a quolibet uiatore a pede denarios sex paruos mar. saluo, & reseruato quòd si in aliqua ciuitate, uel loco acciperet pro dicto datio Mutinensibus ciuibus, uel comitatensis ciuitatis Mutinæ ultra supradictas quantitates superius ordinatas, quòd dictus conductor possit a personis dictæ ciuitatis, & loci in quo plus acciperetur, quàm superius ordinatum est usque ad illam quantitatem, quæ ibi acciperetur a ciuibus, uel comitatensis ciuitatis Mutinæ.

Item: quòd dictus conductor non possit aliquid pro dicto redditu percipere, seu exigere ab aliquo uiatore pedite, uel equite miserabili qui uitam quærendo accedat pro eleemosina: nec ab aliquo pedite, seu equite de terris Illustrissimi dñi nostri Ducis, nec sibi colligatis, nec habente literas ipsius domini nostri, tam factas quàm faciendas: uel habente literas alterius domini, seu comunitatis, quæ seruari consuetæ fuerint: sub pœna, & banno contentis in modis generalibus.

Redditus carcerum. Rub. LVII:

Locetur redditus carcerum pactis, modis, & conditionibus infrascriptis.

In primis, quod conductores dicti redditus non possint, nec debeant accipere ab aliquo, qui missus fuerit in carceribus pro intratura nisi soldos sex mar. pro luminatura soldum unum mar. Et pro singula die, qua steterit in dictis carceribus soldum unum mar. Et si quis detentus fuerit in palatio: recipiat pro singula die qua steterit detentus soldum unum mar. tantum, si dictis conductoribus fuerit recommendatus, & aliter non. Et ultra dictas quantitates nihil amplius accipere possit dictus conductor ab aliquo carcera- to, uel detento sibi recomendato: sub poena uiginti soldorum pro quolibet, & qualibet uice, applicanda pro dimidia camera Illustrissimi domini nostri, & pro alia dimidia ei, a quo plus acceperit.

Item: quod si aliquis in dictis carceribus, aut in palatio communis praedictis conductoribus fuerit recommendatus, dolo, culpa, uel negligentia dictorum conductorum aufugerit, teneantur creditori, ad cuius instantiam aufugiens erat detentus, ad omne damnum, & interesse, quod passus fuerit occasione dictae fugae.

Item: quod si aliquis in dictis carceribus detentus, mortuus fuerit in communi, praedictus conductor de pannis a dorso dicti talis mortui nihil omnino habere debeat, sed dicti panni sint, & esse debeant societatis, & uniuersitatis battutorum a morte ciuitatis Mutinae.

Statuta pacta, & modi gabellarum ciuitatis Mutinae hic finem habent.

Subsequuntur literae, prouisiones, & proclamata earundem gabellarum.

LITERAE PROVISIONES,
ET PROCLAMATA GABELLARVM
CIVITATIS MUTINAE.



D sextum capitulum in quo dicti conductores dicunt uelle demonstrare fraudes, quae fiunt per comitatinos, & ciues in uendendo eorum immobilia &c.

Uidetur mihi ad obuiandum eis, quae in dicto capitulo deducuntur (quaquam male obuiari possit) quod fieret ordo, quod si quis reperiretur emere res immobiles in ciuitate, & districtu Mutinae in fraudem gabellarum, seu introitus salinae a comitatinis illas possidentibus immediate, & ex nunc, prout ex tunc ea bona sic in fraude empta, & uedita sint, & esse intelligant confiscata camerae massarij Mutinae. Et si quis de praedictis fuerit accusator, & seu denuntiator, lucretur dimidiam ipsorum bonorum, quam illico massarius Mutinae dare, & consignare debeat tali accusatori, & denuntiatori: fieri faciendo de praedictis scripturas necessarias, & opportunas. Et quod dictus massarius teneatur de praedictis facere publicum proclama sono tubae, prout moris est bis in anno, uidelicet in principio cuiuslibet semestris. Absurdum etiam mihi non uidetur, nec dissonum honestati, quod pro obuiando fraudibus, quae fiunt, & fieri possunt contra datia, salinas, ac taxas armigerorum, quod comitatini uendentes ciuibus eorum immobilia in districtu Mutinae non ualeant, nec possint laborare, nec laborari facere ipsa bona immobilia per eos sic uendentes quouis modo: nec possint sapientes communis Mutinae dispensare, nec alicui licentiam dare de laborando dictas terras, ut dictat prouisio communis Mutinae, sine consensu Ill. domini nostri, seu sui regiminis Mutinae. Quod si contrafactum fuerit non ualeat, nec teneat, & pro nullo habeatur. Quod si contrafecerit ille talis incidat in poenam librarum xxv. mar. ipso facto applicandarum camerae: cuius dimidia applicetur denuntiatori, fieri faciendo scripturas debitas, & opportunas pro praedictis. Et etiam dicti comitatini sic laborantes bona suprascripta, soluere teneantur, & debeant buccas, & salinam, & alia grauamina in communi, prout, & perinde ac dicta bona non alienassent. Et hoc intelligatur pro praesentibus, & futuris. Addito etiam, quod si

quis uendiderit, seu emerit per tempora præterita aliqua bona immobilia in districtu Mutinæ in fraudē gabellarum, buccarum, & seu bouateria, ac lalinæ, & seu taxarum armigerorum quoquo modo, ut supra, incidat in pœnas suprascriptas, nõ denuntiando contractus emptionum, & uenditionum sic in fraudem, factos massario communis Mutinæ: & non restituendo ea bona sic in fraudem empta, uendita, & alienata, uenditori, & alienatori, & seu uenditoribus, & alienatoribus infra terminum duorum mensium a die publicationis presentium ordinamentorum. In quam pœnam ex nunc, prout ex tunc incurfus esse intelligatur contrafaciens. Cuius pœnæ dimidia applicetur massariæ, & alia dimidia inuentori, & accusatori, si quis fuerit inuentor, & accusator de prædictis. Et si inuentor non fuerit, nec accusator aliquis, ipsa pœna in totum camera applicetur.

Borsius Dux Mutinæ, & Regij, &c.

Dilectissime noster. Noi ti mandiamo con questa alligati alcuni ordinamenti, che sono fatti di mente, & uoluntate nostra. Et uolemo, che in omnibus, & per omnia tu li offerui, & facci offeruare: non obstante alcuna cosa in contrario disponente. Mutinæ 6. Februarij 1458.

A tergo.

Regimini nostro Mutinæ.

Reperitur in registro massarie Mutinæ anni 1458. ad car. 45.

Reperitur in uolumine decreti, & capitulorum potestariæ

Saxoli capitulum tenoris infra scripti registratum

in registro camera massariæ Mutinæ.

anni 1425. ad Car. 35.

Item: quòd de rebus, quæ nascuntur in potestaria prædicta, & uenduntur super dicto mercato. Et similiter de bestijs, & alijs rebus, quæ emptæ essent in die mercati, & alia qualibet die, & conducerentur extra obedientiam Mutinæ, solui uolumus datia secundum modos ciuitatis Mutinæ pro tracta tantum.

De uino autem, quòd conduceretur de locis dictæ potestariæ extra obedientiam ciuitatis Mutinæ, & quòd alio datio dictæ ciuitatis non grauabitur, soluant, & soluere debeant extrahentes pro tracta tantum soldum unum pro quartario. Et fiat bulletta de omnibus prædictis per gabellarium ad id deputatum.

Item

Item reperitur ad dictam cameram in registro annorum 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. ad Car. 33. capitulum infra scripti tenoris uidelicet.

Item: che quelli da Sassolo, & della Potestaria non paghino piu oltra che la mita de datij, come hanno fatto fina qui. Et perche non paghino intieramente, non uolemo però che loro siano trattati per forestieri, immo per terrieri, & per nostri seruitori.

Item: che l si offerui tutti quelli ordini &c.

Fossadalbari 11. Decembris 1433.
la. Zil.

Prouisio de exemptionibus in campione.

In quarū quidem literarum executione Ego Cæsar Martellus, unus ex superioribus gabellarū Mutinæ, de cōmissiōe, & iussu præfati Antonij Mariæ massarij prædicti omni meliori modo, quo potui statui, & assignaui terminum per totum præsentem mēsem Septēbris infrascriptis mercatoribus Mutinæ, & debitoribus stateræ prædictæ, iuxta cōsignationem de eis factam per Nicolauū Strazatum officialem ad dictā staterā, & cuilibet ipsorū, præsentibus, & audientibus ad demonstrandū quicquid uolūt, ne soluere deant staterā prædictā p̄ præterito, & futuro: alias dicto termino elapso, & ipsis non demonstrantibus, grauabuntur ad dictam solutionē, qui mercatores, & debitores sunt infrascripti: uidelicet. Iulianus de Fontanellis. Ioannes de Panzerijs. Georgius de Confilice. Melchiō Carandinus. Cichinus de Morano. Ioānes Cocius. Andreas Luchinus. Franciscus Beliardus. Ioannes Canoua. Baldassar Porinus. Ioānes Matthæus Columbus: & Christophorus Scapinellus.

Ego ipse Cæsar assignaui suprascriptū terminū suprascriptis omnibus, & singulis præsentibus, ut supra. die 6. mēsis Septēbris 1481.

de quo rogatus fuit Benedictus de Benedelio notarius &c.

Hoc est aliud exēplū quarūdam aliarū literarū præfatorū dñorū Ducalium factorū gñalium, emanatarū præfato Antonio Mariæ Guarnerio Ducali massario Mutinæ, sup eodē negotio stateræ: uidelicet. Spectabilis uti frater hoñ. El fu assignato termine di cōmissiōe

L 3

nostra per li superiori di quelle gabelle di Modona a quelli mercantanti, che si ritrouano debitori per la stadera, che per tutto il mese passato di Settembre douessero hauere mostrato cioche uoleffeno, perche non douessero pagare quello sono debitori, & ancho per lo auuenire, alias eo termino elapso, seriano astretti a pagare il passato, & in futurum, & pare che non habbiano fatto difesa alcuna, ne dauanti a noi, ne a detti superiori: il perche ne pare, & ui cometteremo, che li debbiate fare grauare a pagare quello, sono debitori per li tempi passati per detta stadera, & cosi fare, che paghino per lo auuenire, remotis cauillationibus quibuscunque, come in simili cose si conuene, poi che non hanno mostrato cosa in contrario. Et bene ualete. Ferrariae die 11. Octobris 1481.

Nicolaus de Bruzijs, & Iacobus Machiauellus factores
Ducalē generales.

A tergo: Spectabili uiro uti fratri hon. Antonio Mariae Guarnerio duc. massar. Mutinae.

Dux Ferrariae &c.

Dilectissime noster. Per risposta di quanto ne scriui della differenza, che è nasciuta tra la camera nostra, & quelli nostri cittadini, per il modo del denutiare le gabelle, che si fanno a moneta corrente, & poi nel denutiare la uoleno ridurre a buona moneta per non pagare il lagio della moneta corrente, noi ti dicemo, che altre fiata e' si fu in su questa disputa, & fu scritto al tuo predecessore, che facesse mettere tal ordine a quelli ufficiali, che non togliessero denuntia alcuna di gabelle, se non a moneta corrente, come è il debito: cosi etiam il simile si te dice a te. Ferrariae 4. Septēbris 1483.

A tergo: Massario nostro Mutinae.

In christi nomine amen. Nos Nicolaus de Bruzijs, & Iacobus Machiauellus factores generales Ill. Principis, & Ex. d. n. d. Hercule Ducis Ferrariae, Mutinae, & Regij Marchionis Estē. Comitisque Rodigij, &c. Cognitores, & decisores causae litis, & controuersiae uersae, & uertentis per & inter cameram ducalem ciuitatis Mutinae, & per consequens cameram ducalem Ferrariae, tanquam caput omnium introituum praefati d. ducis ex una, & comunitate ipsius ciuitatis Mutinae, ex altera, seu eximios legū Doctores d. Gilbertum de Fontana, & d. Seraphinum del. R. & praestantes uiros Laurentium Valentinum, & Iulianum de Fontanellis ciues Mutinae, nuntios ipsius comunitatis ad hoc specialiter transmissos. In
qua

qua quidem causa per Ill. d. ducem. n. datus fuit nobis consultor spectabilis, & clarissimus iure consultus d. Ioannes Rosellus consiliarius iustitiae praefati d. Vnde auditis pluries dictis nuntijs, & quicquid dicere, & allegare uoluerunt: & uisa monitione de ipsis nuntijs dictae comunitatis facta per praesentibus die, hora, & loco ad uidendum aperiri, & publicari infra scriptum consilium dicti d. Ioannis, & iuxta eius continentiam per nos pronuntiari, & sententiarum uidendum, & audiendum, uisq; dicto consilio cuius tenor hic sequitur uidelicet.

Iesus Maria:

IN Christi nomine amen. Magnifici dñi factores. In causa reuisionis sententiae latae in ciuitate Mutinae, per spectabilem Philippum Cistarellum, tunc generalem factorem, una cum massario ibidem, coram nobis uertente in qua iandudum per Ill. d. n. uobis consultor deputatus fui, quae esse deberent partes uestrae circa probationem, aut improbationem, seu reformationem dictae sententiae omnibus deductis hinc inde uisis, ac rite consideratis, omissis superfluis agam breuibus, & conclusiue, & in ea re dico indubitanter, quod illa sententia est in melius reformanda. Illa enim sententia fuit lata uirtute certarum attestacionum attestantium de certa consuetudine, ut dicebatur obseruata ab anno 1442. citra, & per annos decem: aliqui alij per annos uiginti a dicto tempore &c. Omitto nuuc terminare utrum illi testes probent illam consuetudinem, de qua deponunt: & etiam utrum alij testes examinati pro parte comunitatis, seu mercatorum eiusdem probent contrariam consuetudinem: quoniam, ex quo specialis prouisio reformationis aedita super redditu dictae gabellae, & etiam generalis aedita super omnibus exigendis gabellis habent clausulam derogatoriam cuiuscunque consuetudinis contrariae, etiam futurae, & procedit annullando nedum quicquid contra, immo, & quicquid praeter modum, ac reformationem fieret superuacuum fore duxi examinare an probata esset dicta consuetudo, cum talis prouisio futurae consuetudini statutis, & ordinatis contrariae de iure derogari potest, & ipsam talem consuetudinem impedire, & eius officium tollere. Ex quibus infero, quod praedicta sententia, quae iubet indistincte ciues, & districtuales, & forenses aequaliter teneri ad solutionem gabellae praedictae, & quod pro centenario imperfecto soluat idem, quod pro perfecto, & sic quod continetur in dicta sententia est de directo contra prouisionem, & modum dicti redditus, est nulla, & per nos reformanda. Et in hac parte syndicum, & oratores pra-

fata communitatis, qui petunt obseruatiã dictæ prouisionis merito fore exaudiedos: & consequenter, illam in melius reformãdo pronuntiandum esse, dictam gabellam exigendam esse, & exigi debere per officiales cameræ ibi, quæ in locum olim conductorum dictæ gabellæ successit secundum prouisionem æditã pro redditu dictæ gabellæ positam sub rubrica. Redditus communis Mutinæ, in qua massarius &c. Et prout, & sicut in dicta prouisione continetur, & non aliter, nec alio modo, & ut dictant statuta superinde emanata, & generaliter, & specialiter.

Verum quia prouisiones, & decreta a maioribus cõstituta a prudentibus, & peritis processere, ut conuenit opinari, & ipsa bene cõposita uerba demonstrant quos uera, & propria uerborum significatio fallere non potuit. Igitur illa proprie, & secundum ipsorum uerborum, & inefficaciam, & importantiam sunt sanè intelligenda. Ex quibus apta constructio, conueniens sensus, & perfecta omni sui parte procedit dispositio. Nam sæpe sub eadem litera multiplex latet intellectus. Ea propter attendens ego, quòd prouisio de huiusmodi gabella stateræ plura in se continet capitula, & in iisdem met capitulis sæpe casus diuersificat, & aliquando casum casui addit, aliquando excipit a casibus perfecta undique sanctione: ex quibus propter casuum diuersitatem coniunctam de facili, aut iniquus in posterum, aut ignarus a uera prouisionis literatura, & debita ac congrua intelligentia deuiare, & aut a priuatis indebitum exigere, aut cameram debito statuto submouere: ne quid huiusmodi contingat: utile fore duxi: si tam exigentibus, quæ soluentibus clarior, quæ prouisionis literatura aperiat, exigendi norma inferatur: quæ nullatenus a proprio, & uero uerborum intellectu declinet: & uos d. factores exigi mandare uestræ cameræ ibidẽ exactoribus poteritis ad omnem deinceps ambiguitatem, & absolum intellectum euitandum, ne iterato in eam confusionem, & perplexitatem incurratur: quæ proximis temporibus cameram ipsam non paruo affecit detrimento. Cuius rei gratia præmittendum censui.

Quòd prouisio, & modus totus de dicta gabella stateræ disponens quatuor capitula principaliter continet. Primum capitulum loquitur de uendentibus, & ementibus res ponderabiles, & de modo, & forma, & personis, & tẽpore solutionis usque ibi. Itẽ, quòd officiales ad stateram. Secundum capitulum loquitur de officiali deputato ad pensandum, & de obligatione eiusdem uersus conductorem intratæ mercantiæ usque ibi. Item: quòd oēs, & singuli.

& singuli. Tertium capitulum loquitur de extrahentibus de ciuitate, aut districtu Mutinæ, & de solutione gabellæ ex ea causa, & tempore solutionis usque ibi. Item ad tollenda. Quartum, & ultimum capitulum loquitur de salario officialis pensatoris deputati ad pensandum: uidelicet per quos debeat solui dictum salarium usque in finem dictæ prouisionis, & modi. Iterum primum capitulum subdiuiditur in plures partes, quas diuersimodè complectitur. Prima pars loquitur de ciuibus, & districtualibus uendentibus ipsis ciuibus, & districtualibus usque ibi. Et a quolibet forense. Secunda pars loquitur de forensibus uendentibus quibuscunque usque ibi. Saluo, quòd pro quolibet. Tertia pars loquitur de uendentibus fœnum, & paleam usque ibi. Et quòd quilibet. Quarta pars loquitur de tempore soluendi dictam gabellam usque ibi. Et si conductor dicti datij. Quinta pars loquitur de pœna officialis exigentis plus debito pro dicta gabella usque in finem dicti primi capituli. Item tertium capitulum continet in se duas partes. Prima pars loquitur de ciue districtuali, & forense extrahente res pensabiles extra ciuitatem, & districtum Mutinæ, debentibus soluere gabellam pro dicta extractione, & tempore, quo solui debeat usque ibi. Item, quòd officialis. Secunda pars loquitur de conductore gabellæ stratæ, qui non possit facere bullettam nisi prius appareat fuisse solutam supradictam gabellam pro stateræ eius officiali, usque in finem dicti capituli. Et hæc diuisio, & distinctio totius reformationis dicti datij, seu gabellæ stateræ. Qua diuisione facta conueniens est ad lucidationem exigentium, & soluentium, cuiuscunque capitulo, & eius partibus clarè ponere summaria, per quæ apparebit de quibus rebus, & per quos, & quomodo, & quando debeat solui gabella stateræ.

Summarium primi capituli.

De qualibet re, siue sit mercãtia, siue alia res, quæ de sui natura uendi, & contrahi debeat ad pondus, quæ sit maioris ponderis quinquaginta libr. solui debeat gabella gabellarijs Mutinæ, pro stateræ deputatis, ad rationem sex denariorum pro quolibet centenariõ ponderis, excepto quæ de fœno, & palea uenditis ad centenariõ per fœnarolos, de quibus solui debeat unus den. pro quolibet centenariõ: & hoc pro rata centenariõ ubi non fuerit numerus cõpletus centenariõ: quæ gabella solui debeat eadem die, qua fuerit facta pensatio ipsarum rerum, pœna dupli si non soluatur ea die: Et si officialis ultra exigat puniatur pro qualibet uice in decem soldis, & data restituere cogat: de quo stetur iuramẽto p̄sari facietis.

Summarium primæ partis dicti capituli.

Terrigena, & habitator ciuitatis, aut districtus Mutinæ, uendens mercantias, siue res, de quibus supra proximè dictum est, terrigenæ, siue ciui, uel habitatori dictæ ciuitatis, siue districtuali: soluat gabellam, ut supra dictum est.

Summarium secundæ, & tertię partis eiusdem capituli.

Forenses, uendentes, & ementes inter se, tam uendens, q̄ emens soluat, hoc est quilibet eorum dictam gabellam, de qua supra: uendentes autem ciuibus, aut districtualibus, seu ementes ab eis soluant unicam gabellam, uidelicet sex den. pro centenariio: & paleæ, & fœni, unum den. tam pro uenditione, q̄ pro emptione. Et ciuis, seu districtualis emens a forense, seu uendens forensi, nihil soluat, præterquam de fœno, & palea uenditis, de quibus teneantur soluere gabellam etiam ciues, & districtuales fœnaroli uendentes ad pondus si uendant forensibus.

Summarium quartæ partis eiusdem capituli.

Quilibet supradictorum debentium soluere gabellam prædictam, teneatur eam soluere ea die, qua pensatæ fuerunt, pœna dupli dictæ gabellæ, in quo simplum contineatur, uidelicet quia soluat duodecim denarios pro centenariio.

Summarium quintæ partis eiusdem capituli.

Officialis dictæ stateræ aliquid accipiens ultra supra taxatam gabellam, puniatur pro qualibet uice in soldis decem, & id plus, quod acceperit, restituat illi, a quo accepit, de quo stetur sacramento eius, qui fecerit pensari.

Summarium secundi capituli principalis:

Officialis deputatus ad pensandum ad stateram prædictam teneatur, & obligatus sit ad requisitionem officialis introitus mercantiæ pensare mercantias quas ordinauerit pensari dictus officialis introitus, licet de eis non debeat solui gabella officialibus stateræ, nec pro ipsa statera.

Et nota, quòd uigore prouisionum stateræ nulla debetur gabella pro introitibus mercantiæ, sed solū pro uenditione, & extractione.

Summarium tertij capituli principalis.

Ciues districtuales, & forenses, & quicumque cuiuscunque conditionis existant, extrahentes mercantias, aut res, de quibus supra in primo capitulo, de ciuitate, & districtu, & extra ciuitatem, & districtum teneantur facere pensari dictas mercantias, uel res ad stateram officialis prædicti, & soluere gabellam eo modo, & forma, & tēpore, de quibus supra, nisi prius se concordauerint cum dicto officiali

officiali stateræ, nō habito respectu ad personas, pœna dupli prout supra dictum est de duplo. Et officialis gabellæ stateræ non possit facere aliquam bullettam de dictis rebus, nisi primo pensatæ fuerint, & soluta sit gabella prædicta, pœna uiginti soldorum pro qualibet uice.

Et nota, quòd licet ista gabella soluat a dratione sex den. pro centenariio prout de uenditione: nihilominus est diuersa, & ponitur pro diuerso facto: & ideo licet uenditor, uel emptor soluerit gabellam pro uenditione, uolens extrahere soluat aliam gabellam, ex quo est positum pro diuerso facto.

Summarium quarti, & ultimi capituli principalis.

Salarium pensatoris, seu officialis deputati ad dictam stateram ad pensandum, soluatur pro dimidia per officiales stateræ, & tres partes alterius dimidiæ per officiales mercantiæ magnæ: & reliqua quarta pars per gabellarios gabellæ additionis mercantiæ paruæ. Quæ summaria reddunt clarum totum modum, & prouisionem æditā super dicto datio, seu gabella stateræ, & secundo supra dictā declarationem, & expositionem consulo uobis. d. factoribus, quæ de iure esse puto.

Ego Ioannes de Rosellis solo nomine iuris doctor, sub meo sigillo paruo uobis transmittito, saniori consilio semper saluo.

Laus omnipotenti Deo.

Christi iterum nomine repetito, eius q; gloriosissimæ matris uirginis Mariæ, & beatorū Apostolorum Petri, & Pauli, & totius celestis curiæ triumphantis. Sedentes pro tribunali Ferrariæ in factoria Ducali generali ad nostrum solitum iuris tribunal: inhærentes consilio antedicto, talem inter ipsas partes in his scriptis sententiam damus, atque proferimus.

Quia dicimus, pronuntiamus, sententiamus, condemnamus, & declaramus in omnibus, & per omnia, prout in dicto consilio continetur: & hoc omnibus melioribus modo, uia, iure, forma, & causa quibus magis, & melius possumus.

Lata data, & in his scriptis sententialiter pronuntiata, & promulgata fuit præfens superscripta sententia per prædictos spectabiles dd. factores, ut supra sedentes, & lecta ac publicata per me Ludouicum de Bruzijs notariū Ducalis camerae infrascriptum, de ipsorū dominorū factorum mandato. Anno Natiuitatis Dominicæ 1481. Ind. 14. Die 18. mēsis Decembris de mane, iuris hora, in dicta factoria, ad tribunal prædictū ipsorū dominorū factorum, præsentibus testibus uocatis, & rogatis nobilibus uiris Alberto de Fantis f. cō.

superiore ad catastra cæra Ducalis: magistro Coradino de Gelino artium, & medicine doctore filio ser Dominici: Nicolao de Bertacio f. cõ. Ludouici, & alijs. Et præfente egregio iuris perito d. Helia de Bruzijs sindaco, & sindicario nomine camera Ducalis Ferrariæ prædictæ, & instante, ac ipsam sententiam acceptante in parte, & partibus pro se dicto nomine faciente, & facientibus, & non contra. Dictis autem nuntijs communitatis Mutinæ absentibus, monitis tamen ut supra.

Ego Ludonicus fil. spectabilis, & generosi uiri Nicolai de Bruzijs factoris generalis Ill. d. n. Ducis &c. imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariensis, ac etiam camera præfati d. notarius superscriptæ sententiæ præfens fui, & eam rogatus scribere in scedis, & scripturis meis publicis, & originalibus autenticè scripsi.

Hoc est quoddam proclama factum de commissione, & ex officio magnificorum dominorū de regimine ciuitatis Mutinæ contra fraudes, & dolos, qui, & quæ committuntur circa datium bechariæ, & bestias mactandas, rogatum per notariū infrascriptum:

In Christi nomine amen. Anno a Natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. Indictione prima. Die secunda Octobris.

Per obuiare, & prouedere a molte fraudi, & inganni, quali si fanno per persone, che ammazzano, ouero fano ammazzare bestie, fingendo quelle uolere per suo uso, & quelle uendono, alcuna uolta in quarti, alle uolte in pezzi, alcuna uolta a libra, o a peso: le quali cose si fanno in dano, & pregiudicio dell' Ill. S. Duca n. & sua Ducale camera in Modona. Però si fa commandamento a cadauna persona, sia di che conditione uoglia essere, o sia, che non ardisca, ne presuma da mo inanzi ammazzare, ne fare ammazzare alcuna bestia da quattro piedi, eccetto capretti, agnelli, & porci, senza licentia dell' ufficiale sopra ciò deputato per il prefato S. N. sotto pena di lire dieci de mar. la quale pena per lo terzo si applica all' accusatore, o inuentore: & per li due terzi alla camera Ducale, & di perdere le bestie. Et sia tenuto il sopradetto ufficiale dare licentia a quelle persone, che uorranno ammazzare dette bestie, giurando quelle uolere per suo uso, & non con animo di uolerle alienare.

Item: se alcuna persona uorrà ammazzare, o fare ammazzare alcuna delle dette bestie, con dire hauerla comprata per se, & per altri fino in tre persone, sia tenuto quello giurare, insieme cõ li detti compagni, & hauerla comprata per se, & detti compagni, con animo di

di diuiderla fra essi, & non con animo di alienarla, ouer di uenderla, & che al principio di detta compra la comprò per se, & detti compagni, sotto la pena antedetta applicata eo modo quo supra.

Item, che li beccari di detta città di Modona non possano ammazzare, ne uendere alcuna bestia fuora de le beccarie di detta città senza licentia del detto ufficiale, sotto la pena predetta applicata ut supra.

Item, che ogni beccaro, sprocane, lardarolo, stazzonero, o riuentore di carni salate, sonze, o seio in la città di Modona, & distretto ad ogni requisitione del detto ufficiale, gli debbia dare in scritto ogni quantità di carne salata, lardo, sonza, o seio la quale hauerà in casa, o altroue in alcuno luoco della città, & distretto di Modona, alla pena di denari sei per libra de le dette carne, sonza, lardo, o seio.

Item, che ogni beccaro de la città di Modona, & altra persona che reuenda carni fresche, o salate, lardo, sonza, o seio in le beccarie usate di detta città, non possa, ne debba ammazzare, ne fare ammazzare, scorticare, ne far scorticare alcuna bestia di quattro piedi, eccetto lepori, se non in le beccarie di detta città di Modona senza licentia dell' ufficiale predetto: alla pena che di sopra è detto, & farà creduto al giuramento dell' ufficiale predetto con uno testimonio, ouero di due ufficiali di gabella: il che non habbia loco, & nõ si intenda nelli porci li quali si possano fare ammazzare fuori de le beccarie predette in ogni luoco che uorano le brigate, hauuta prima la licentia dall' ufficiale. Et chi contrafarà cada alla pena di soldi uinti per cadauno porco.

Item, che alcuna persona di che conditione uoglia essere, o sia, laquale uenda, o per lo aduenire uenderà alcune carni delle sopradette, fresche, o salate, lardo, sonza, o seio nella città, & borghi di Modona a libra, o a retaglio, nõ possa, ne debba ammazzare, ne fare ammazzare: scorticare, ne far scorticare alcune bestie di quattro piedi eccetto lepori, senza licentia del detto ufficiale, alla pena di soldi uinti per ogni bestia grossa, & porco. & soldi cinque per ogni bestia minuta, & farà creduto al giuramento del detto ufficiale con uno testimonio, ouera dui ufficiali di gabella.

Item, che alcuna persona che uenda, o faccia uendere, o per lo aduenire uenderà, o farà uedere a retaglio alcuno carni fresche, salate, lardo, sonza, o seio de ogni sorte bestia da quattro piedi, eccetto lepori fuori de la città, & borghi di Modona in alcune uille, terre, & castelle della città predetta o suo distretto, non possa uen-

PROVISIONES

dere, retraiare, o squartare, o amazzare, ne scorticare per se, ne per altri quelle carni, lardo, sonza, o feio, se prima non sarà in accordo con l'officiale predetto, & non pagará quello che'l farà tenuto per dette robe, alla pena di lire cinque de march. per cadauna bestia grossa, & porco, & soldi uinti per cadauna bestia minuta, & nien tedimanco sia tenuto a pagare la gabella.

Et sopra tutti questi capitoli, sia creduto al detto officiale con suo giuramento, & con uno testimonio, ouer a due officiali di gabella.

Retulit Andreas Brancolinus publicus bannitor, & tubicen communis Mutinæ se in executione commissionis sibi factæ publicasse, & proclamasse bino sono tuba præmissa ad arrengheriam prædicti communis Mutinæ pub. palam alta, & intelligibili uoce in omnibus, & per omnia prout supra. Præsentibus Ser Ioanne Tauella, & Ser Ioanne Marzono testibus. &c.

Ego Gabriel Egregij uir Ser Alexandri de Fontana ciuis Mutinæ publicus imperiali auctoritate notarius, & ad præsens notarius gabellarum ciuitatis Mutinæ pro prælibato Illu. domino Duce nostro superscriptis omnibus, & singulis præsens fui, & rogatus scribere scripsi autenticaui signo, & nomine meis consuetis.

Dux Ferrariæ. &c.

Dilettissimi nostri. Ogni hora per piu, & diuerse uie sentemo de li fraudi, che passano in nostro grauissimo pregiudicio, & dell'entrate nostre di quelle gabelle per le inobediētie, & poco ordine che si serua al Finale, non hauendo rispetto che'l se li tiene uno officiale per spetiale capo, & fondamento di dette nostre entrate. Et questo assai piu per li nocchieri che conducono suso, & giuso robe, & persone con mercantie, & con poca reuerentia, & timore di detto officiale, se ne uanno a suo piacere de qui, e che per conseruatione di esse nostre entrate, hauemo deliberato al tutto pigliarli partito, accio che'l si proueda a queste tali fraudi: uolemo, & per la presente ui commettemo che mettiatē tale ordine con detto officiale dal Finale presente, & che gli sarà per lo aduenire che habbia buona cura, & diligentia ad intendere, & uedere chi ua, & chi uiene per quello passo, cosi a piedi come a cauallo, & con ualise, bolze, o fardelli, & ancora con carri, o sia carrette, cosi de di, come di notte, & sarà ben fatto etian dio, che esso officiale metta tal ordine con quelli hosti li con quelle admonitioni, & pene che

M

che

GABELLARVM.

135

che gli parrà conueniente, che non accettino robe, ne mercantie in casa scientemente senza intelligentia, & saputa del detto officiale. Et che sopra il tutto habbia liberta, & facultà di cercare, & in uestigare con ogni diligentia possibile, massime ne le nauì quando uanno suso, & giuso: ne li nocchieri possino spiccarli dalla riuā senza sua licentia, dato che fossero spazzati dal Camerlingo li per quello si spetta a lui, & al suo officio, sotto pena di lire uinticinque di march. da essere applicate alla camera nostra, & quādo gli fusse nocchiero, o altra persona renitente, & male costumata in ubidirlo, & reuerirlo circa tutte le predette cose, uolemo che'l se riduca al podestà nostro li per il fauore, & braccio suo necessario a forzarli cō la ragione, perche per uirtù di questa nostra ex nunc cosi commettemo, & gli imponemo, intendendo che ogni robe che lui, o altro nostro officiale trouasse in le nauì, o appresso le persone, del che non haueffero bulletta, o non fossero in contralettera, illico siano perdute, & applicate a quelle gabelle, mandandouele, & facendouelo a sapere incontinente, & siano di che si uoglia, ne uaglia ad alcuno allegare decreti, o altri priuilegij di esentione in questa parte: perche uolemo ad ogni modo che'l tutto sia in contralettera: che poi uoi, o l'officiale saprete giudicare che debbe pagare, o non & in che caso. Fate mo cosi di fare, & offeruare, & mettere in esecutione quanto è detto circa ogni parte, facendo registrare questa nostra li a quelle gabelle nel uolume delli altri statuti ad perpetuam rei memoriam: che cosi per legge, & statuto uolemo che la se habbi, & sempre sia in uiridi obseruantia, facendola notificare per quelle parti, & doue ui parerà necessario. Mantuæ 16. Aprilis 1485. Paulus Ant.

A tergo: Massario, & superioribus gabellarū nostris Mutinæ.

Pro magnificis de Trotris

Dux Ferrariæ. &c.

Dilectissime noster. Paulantonio Trotto nostro secretario ne fa intendere, che per alcuni officiali, o sia conduttori di datij di quella nostra communita non li uole essere obseruato li suoi decreti di esentione che l'ha da essa communita, & confirmati per noi: se bene p'adietro sin qui gli siano stati obseruati senza contradditione alcuna, & pare che'l si alleghi per loro, che noi non hauemo potuto dispensare al mancamento de li aggiunti, che non intrauēnero a fare detta esentione, & che non hauemo potuto fare la confirmatione di essa &c. & perche come tu sai, non est disputandum de potentia principis, per tanto ti dicemo, & commettemo che tu debbi

M 2

fare obseruare la detta sua esentione, & de' fratelli ad unguè prout iacet, perche non uolemo che si disputi di quello habbiamo potuto far, o non. Et intendemo che quanto habbiamo fatto, uaglia, & tegna, & sia obseruato seza alcuna cōtraditione. Lugi primo Septēbris 1485. A tergo: Massario nostro Mutinæ.
Ego Gabriel Fontana notarius transumpsi ab originali &c.

Dux Ferrariæ &c.

Dilectissime noster. Perche intendemo che per li anni passati l'entrate di quelle nostre gabelle sono state fraudate in molti modi si per li contratti, & doti, come per altre cose mobili adeo che le ne hanno sentito danno, & interesse assai, & non se li prouedendo uedemo che ogni dì le correranno in maggior danno. Et uolendo lasciare da canto le rigorosità per l'amore che portamo a quello nostro popolo, & andare con che ha contraffatto benignamēte, per il tenore di questa nostra ti dicemo, & commettemo che tu debbi far fare una grida in quella nostra cittade, che ciascuna persona, si terriera, come forestiera, che in alcuno di detti membri, o altri per qualunque modo hauesse staudato per se, o per altri, che fra il tempo di uno mese, dal dì che sarà publicata la presente grida, denuntiarà legitimamente le predette fraudi, o pretermissioni di ogni sorte, li sia rimesso ogni pena in la quale fusero incorsi per li statuti, o grida alcuna, pagando tantum la debita gabella: aliter passato il termine predetto ex nunc, uolemo che si intendano incorsi per uirtù della presente grida in le pene che si contengono in li statuti, & gride sopra ciò altre uolte fatte.

Et peche intēdemo una mala corruttela, uidelicet che li predetti di quella nostra città, & sua diocese che acquistano, o uendono cose immobili non in nome delle loro Chiese, ma per loro heredi, o parenti, o altri laici, non uogliono pagare le gabelle debite. Et similiter molti habitati nel paese, che uanno fuora a torre moglie in le altre cittadi, o castelle, o uille non uogliono pagare le gabelle delle doti delle dōne loro, interpretando una nostra dichiarazione altre uolte fatta sopra il statuto delle doti solū per quelli che uanno fuori animo fraudandi, & non per quelli che non mostrano andare per fraude. Et perche nostra intentione fu che tutti pagassero, come se hauessero tolte le donne in la cittade: uolemo che tu metti ordine, & cosi si offerui per lo aduenire che li predetti, o altri sacerdoti che acquisteranno, o uenderanno nelli casi de quibus supra: & similiter quelli che meneranno, uel hauessero menato moglie

ut

ut supra paghino le loro gabelle, perche cosi anche noi facemo pagare li preti, & altri sacerdoti per simili contratti in questa nostra cittade. Et cosi tu farai registrare ne li statuti di quelle nostre gabelle questa nostra ad perpetuam rei memoriam. Ferrariæ 4. Aprilis 1486.

Paulus Ant.

A tergo: Massario nostro Mutinæ.

1486. Die nona Aprilis in uesperis:

Retulit Baldassar de Belletis tubicen communis Mutinæ fecisse proclama de prædictis omnibus in superscriptis literis contentis ad arrengheriam dicti communis, publice, palam, alta & intelligibili uoce magna populi turba audiente, tertio sono tubæ emisso, & ut in filzia mei Gabrielis Fontanæ notarij massariæ apparet latius.

Præsentibus Nero Liualdino notario, & Andrea Brancolino ciuibus Mutinæ testibus.

Ego idem Gabriel scripsi &c.

Proclama pro bladis.

1487. die 10. Aprilis:

Per parte delli spettabili superiori delle gabelle della città di Modona, & suo distretto, & contado si fa comandamento per la presente grida che non sia persona alcuna terriera, ne contadina, ne forastiera, ne nocchiero, ne altro che meni nauì per se, o per altri, che ardisca, ne presuma per se, ne per altri caricare, ne far caricare, ne comportar che l' sia caricato, ne accettare in naue sua, o di altrui, o quale lui, o altri per lui hauesse a condurre biada alcuna, frumento: faua: spelta: melica: ne alcuna altra conditione di biade bianche, negre, o grosse, cosi da mangiare, come da caualli in grande, o in piccola quantitate, o sia di conto di mercantia, o altramente per cittadini, contadini, o forastieri, o altra persona, o sia biade esente o non esente per ogni priuilegio, qual sia etiam per la camera ducale, o altre persone di che conditione uoglia essere, o sia: se in prima, & inanzi che l' sia caricato parte alcuna, non lo hauea legitime, & debite denuntiato expresse alli superiori predetti, & loro ufficio con dirli il nome delle persone di chi seranno, o da chi tolessero esse biade, & la quantità, & qualità di esse distintamente: & doue le uogliono condurre. Et per modo che detti superiori, & loro ufficio possino intendere tutta la cosa interamente alla pena che si contiene nelli statuti di dette gabelle sotto la Rubrica de poena fraudantis &c.

M 3

& di altri statuti di dette gabelle quali pareffe a loro piu conueniente, da essere applicata come ne li statuti di esse gabelle si contiene. Et ogni persona possa essere accusatore, o inuentore.

Intendendosi, che quelli che hauranno a caricare, & ut supra da Bonporto in giu dietro al canale, & da Bonporto fino al ponte saluadego quanto ha fino a la quantita di stara quattro, & non piu, gli basti la licentia dall'officiale di Bonporto: la qual siano tenuti dimandare ut supra. Et per tutte le altre habbiano a torre le loro licentie a Modona ut supra.

Et questo non obstante alcuno altro mandato, o licentia, o bolletta, accioche si possa intedere chi habbia a pagare la gabella o no.

Intendendosi anche che niuno nocchi ero no osi partirsi dal Porto di Modona, ne da alcuno altro luogo con nauì cariche, o uote eccetto li allebij di legne quando sono uoti infino a Bonporto con robe, o persone esenti o non esenti, & priuilegiate, o non priuilegiate, senza la contralettera di esso officio della gabella: per la qual contralettera non pagaranno piu dell'usato: a la pena che si contiene ne li statuti di dette gabelle.

Publicata die 10. Aprilis 1487.

Reperiuntur in libris prouisionum antiquarum ciuitatis
Mutinæ capitula, & prouisiones infra-
scriptæ ad car. 3. 34. 36.

Capitula circa mercata, quæ sunt in comitatu, &
quomodo gabellæ solui debeant.

Anno natiuitatis 1431. indictione nona die 17. mensis Martij. Ad mandatum, & presentiam totius regiminis conuenerunt in sala consiliorum consueta, sono campanæ, & nuntiorum consilij requisitione omnes sapientes gerentes de presenti mense, exceptis Guidoto de Manzerijs, & Antonio ab oleo. & infra scripti adiuncti uidelicet, Ioannes Sadoletus. Franciscus ab ollis. Pinatius de Mombarazono. Matthæus della Fichia. Antonius a Sellis. Raphael de Calorijs. Bartholomæus Mainardus. Gerardus Tosabecus. Ventura Baesinus. Bartholomæus Bacchellus. Bartholomæus Burallus, & Antonius Bassolus, occasione certorum exponendorum coram eis per spectabilem, & egregium legum doctorem Dominum Aldrouandinum de Guidonibus factorem generalem Illustr. Domini nostri Domini Marchionis, & in hac parte ipsius Domini nostri commissarium ibidem presentialiter existentem.

Expo-

Exposuitq; ad superscriptos Dominos Regimen, sapientes, & adiunctos præfatus Dominus Aldrouandinus factor, & commissarius antedictus, quomodo prælibatus Ill. Dominus Marchio cupiens ciuitatem Mutinæ sibi dilectam bonificare, & ampliare circa exactiorem gabellarum strata, & mercantia, nec non circa meliorationem mercati, quod fit quolibet die sabbati in ipsa ciuitate, ordinauit nuperrimè seruari debere nonnulla capitula, propter quæ mercata comitatus destruentur, ac etiam ampliabitur in futurum introitus, & exactio dictarum gabellarum strata, & mercantia. Quorum capitulorum tenor talis est uidelicet.

Capitula, & modi seruandi a die prima Aprilis anni proximè futuri de mandato Ill. Principis, & excelsi Domini D. Nicolai Marchionis Estensis &c. circa modum exigendi datia in terris nobiliu Mutin. diocesis, subditorum prælibato Domino Marchioni, & cæteris uillis, & locis districtus, & totius comitatus Mutinæ mediatè, uel immediatè suppositis prælibato Domino Marchioni: nec non & circa destructionem mercatorum quæ fiunt in comitatu dictæ ciuitatis Mutinæ.

Primo, quod non sit aliqua persona tam terrigena quàm forensis cuiuscunque conditionis, dignitatis, gradus, status, uel præminentia existat, quæ audeat, uel præsumat quouis colore extrahere, uel conducere, seu extrahi, uel conduci facere de ciuitate, uel districtu Mutinæ, uel de castris, locis, uel uillis gubernatis per quoscunque nobiles comitatus, & diocesis ciuitatis Mutinæ, prælibato Domino suppositos, uel de aliqua parte ipsorum ad loca supposita alieno dominio, seu alterius iurisdictionis, res aliquas mercantias, bestias, uel grassiam alicuius maneriei, absque expressa licentia, ac bulletta conductoris, uel officialis illius datij, uel gabellæ, quam accipere teneretur in ciuitate Mutinæ, ac si eas res, mercantias, bestias, uel grassiam extraxisset de dicta ciuitate Mutinæ: & nisi primo soluerit dicto datario, uel officiali eandem met gabellam, quam soluere teneretur secundum pacta dictorum datiorum ciuitatis Mutinæ: sub pœnis, & amissione bonorum, uel æstimationis eorum contentis, & specificatis in pactis datiorum dictæ ciuitatis Mutinæ, tam generalibus, quàm specialibus, & ultra, librarum decem mar. applicandarum, & applicandis ut in modis dictarum gabellarum continetur.

Item, quod non sit aliqua persona cuiuscunque gradus, & præminentia existat ut supra, quæ de cætero exigat, uel exigat, aut permittat quod exigatur, seu quouis colore accipiat gabellam

aliquam, uel datium pro aliquibus rebus, bestiis mercantijs, uel grassia alicuius maneriei, transitum facientibus per aliquas terras, castra, uillas, uel loca gubernatas, uel gubernata per aliquos nobiles suppositos ut supra, seu per aliquem officialem, uel rectorem prelibati Domini, quæ conducerentur ad ciuitatem, uel districtum Mutinæ, uel ad aliquam terram, castrum, uillam, uel locum ex supradictis, præterquam datarius, seu conductor datiorum, dicti datij ad quod ipse talis conducens soluere teneretur, si ipsas conduxisset per ciuitatem uel districtum Mutinæ secundum modos, & qualitates dictarum gabellarum, nec possit aliquis nobilis uel alia quæuis persona, uel aliquis alius, uel rector directè, uel per indirectum sub quouis colore prohibere, aut obstaculum aliquod facere, quominus res, fructus, mercantiæ, uel grassia cuiuscunque maneriei existat, libere, & sine ulla solutione fienda in aliquo dictorum locorum gubernatorum ut supra, conducantur ad ciuitatem Mutinæ, & eius districtum ex terris castris, locis, uel uillis suprascriptis, uel ex aliqua parte ipsorum locorum: nec audeat, uel præsumat pro ipsis talibus rebus, fructibus, mercantijs, uel grassia suprascriptis sic conducendis, datium uel gabellam exigere uel imponere, seu exigi uel imponi facere in castris, terris, locis uel uillis suprascriptis, aut in aliqua parte ipsorum locorum, sub pœna ducatorum quinquaginta auri pro quolibet, & qualibet uice, applicandorum ut supra, & etiam sub maiori pœna arbitrio prelibati Domini auferenda. Et teneatur Dominus Potestas Mutinæ, qui nunc est, uel per tempora erit, & eius uicarius, ipso facto dictam pœnâ exigere sine aliqua condemnatione ex eius officio fienda, a qualibet persona contrafaciente prædictis, uel alicui prædictorum, sub dicta pœna ducatorum quinquaginta auri applicanda ut supra.

Item, quod qualibet persona tam terrigena, quam forensis cuiuscunque gradus, uel præ eminentiæ existat, ut supra, teneatur, & debeat soluere pro quibuscunque rebus, bestiis, & mercantijs, uel grassia per ipsum, seu alium, uel alios eius nomine conducendis de alieno territorio in castra, terras, locas, uel uillas gubernatas per quoscunque nobiles comitatus, & diœcesi Mutinæ suppositos ut supra, gabellas conductoribus datiorum ciuitatis Mutinæ, seu officialibus dictorum datiorum illam, & illas quas soluere teneretur, si ipsas conduxisset in ciuitatem uel districtum Mutinæ, secundum modos, qualitates, & ordinamenta gabellarum dictæ ciuitatis, & illius gabellæ, seu datij, ad quam spectaret exactio tallium

lium rerum conductarum in ipsam ciuitatem, uel districtum. Quas res sic conductas teneatur, & debeat conducens, seu conduci faciens per se, uel alium indicare, & demonstrare, seu denunciare ipsis conductoribus, uel eorum officialibus in ciuitate Mutinæ, aut in locis ubi tales officiales deputati essent, quales, & cuiusmodi essent dictæ res, & mercationes sic conductæ, & pro ipsis gabellas debitas soluere infra spatium sex dierum, sub illis pœnis, & amissionibus bonorum contentis, & specificatis in primo capitulo præsentium capitulorum.

Item: quod nullus habitans in ciuitate Mutinæ, uel eius comitatu, suppositus ut supra, cuiuscunque dignitatis existat ut supra, directè uel per indirectum, quouis colore, audeat uel præsumat accedere, uel ire per se, uel alium eius nomine, deferre portare, uel conducere, aut conduci, seu portari facere aliquas bestias, mercantias, res, aut grassiam aliquam alicuius maneriei ex suprascriptis, uel sub eorum generalitate comprehensis ad aliqua mercata quæ fierent in aliqua parte Episcopatus, uel diœcesis Mutinæ, uel in aliqua parte Episcopatus, uel diœcesis Regij ea die, qua mercatum fieret præterquam ad nundinas, quæ fieri consueuerunt in potestaria Frignani, & ad mercatum ciuitatis Mutinæ, & ad mercatum ciuitatis Regij, & ad mercatum uicariatus Felinæ, & Castri noui Episcopatus Regij, nec super ipsis mercatis, uel locis stare, nec per se, uel alium emere, uel acquirere quouis titulo, uel exinde extrahere, uel conducere aliqua animalia, bestias, res, uel grassiam alicuius maneriei ad alienas terras, loca, uel uillas, nec ab aliquo terrigena, uel forensi emere aliquas ex rebus prædictis, uel aliquo alio titulo acquirere in aliqua parte dictorum mercatorum in die mercati illius loci, præterquam ad mercatum, & in mercato ciuitatis Mutinæ, & Regij, & ad nundinas, & in nundinis dictæ potestariæ Frignani, & ad mercatum, & in mercato uicariatus Castri noui, & Felinæ: sub pœna amissionis rei sic conductæ, uel aliter emptæ, uel acquisitæ, uel eius aestimationis, & ulterius librarij uiginti quinque mar. auferenda ipso facto a quolibet contrafaciente, uel qui contrafecerit contra aliqua contenta in præsentibus capitulis pro quolibet, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit, applicanda ut supra, & declaratum in alijs capitulis, & in pactis datiorum. Et pro huiusmodi executione, & omnium, & singulorum comprehensorum in suprascriptis capitulis, uel infra scriptis, uel in aliquo ipsorum procedi possit, & debeat ipso facto in ciuitate, & districtu Mutinæ, & etiam in qualibet parte castrorum, ter-

rarum, locorum, & uillarum superscriptarum, & in qualibet alia ciuitate, terra, castro, uilla, uel loco supposito dominio pralibati Domini in quo talis contrafaciens, uel eius bona, aut res conductæ reperirentur per dictum datarium, & per quemlibet officialem, uel rectorem, cuius officialis, uel rectoris, ipsæ res, & persona ipso facto sint suppositæ. Ita tamen quod dicto datario, & cuiuslibet eius officiali, uel agenti pro ipso per quemlibet rectorem, uisa ueritate, summariè, & de plano, etiam sine alia condemnatione, iustitia ministraretur, etiam credendo sacramento officialis, seu inuentoris, & conductoris talis datij, uel gabellæ, & omni alio breuiori modo uia, iure, causa, & forma quibus magis, & melius fieri poterit. Et quilibet officialis ciuitatis Mutinæ, uel ciuitatis Regij, castrorum, & uillarum superscriptarum teneatur, & debeat in prædictis, & quolibet prædictorum contentorum in superscriptis capitulis, uel aliquo ipsorum, uel in aliqua parte ipsorum facere, ac indicare repræsalias ad simplicem requisitionem talis datarij, & agentis pro ipso contra quemlibet illius terræ, uel loci, uel uillæ, ubi talis contrafaciens habitaret toties quoties, & ubi, & quando ipse datarius diceret, uel ostenderet se non posse consequi debitum suum contra talem delinquentem, seu qui delictum fecerit, dummodo gubernatores, seu homines, & commune talis loci, quem in habitaret talis sic contrafaciens requisiti per regimen Mutinæ fuerint, & omiserint, seu negligentes fuerint in puniendo prædictum contrafacientem, aut in remittendo eum ad prædictum regimen, sub pœna officiali in prædictis, uel in aliquo prædictorum contrafacienti, ducatorum uiginti quinque auri pro quolibet, & qualibet uice auferenda, & applicanda pro dimidia camera pralibati Domini, & palia dimidia dicto datario.

Item quod liceat, & licitum sit quibuscunque conductoribus datiorum, & gabellarum dictæ ciuitatis Mutinæ, & quibuscunque officialibus suis, & cuiuslibet eorum, & cuiuslibet alij personæ agenti, & agere uolenti nomine ipsorum conductorum, ire, stare, mittere, & deputare officiales, & nuncios suos, & alios exploratores ad uidendum, & inquirendum in castris, locis, & uillis superscriptis, & etiam in locis ubi fierent mercata, si aliquis prohibitus ut supra iuerit, uel steterit, aut repertus fuerit stare, uendere, aut emere, uel quouis alio titulo acquirere, uel alienare in die mercati in loco, uel uilla ubi factum fuerit mercatum prohibitum ut supra, uel extrahere, uel conducere, uel extrahi uel conducere, uel portare aliquas res ex rebus superscriptis, & in qualibet ciuitate

uitate locorum, terrarum, uel uillarum superscriptarum dictæ talis conductor, uel qualibet alia persona agens nomine conductoris datiorum, seu eius officialis libere, & sine aliqua prohibitione possit capere, & detinere, ac capi, & detineri facere quamlibet personam, animalia, res, & bona, quæ contrafecerit prædictis, uel in aliquo prædictorum. Intelligendo semper firma, & inuiolata esse omnia decreta, & omnes concessiones hætenus concessa, & facta per pralibatum Dominum Marchionem cuiusque nobili, seu communi circa mercatum fiendum. Volentes quod mercato fieri possint in terris, in quibus concessio facta fuisset inter ipsos solos homines duntaxat ipsius communis, cui facta esset concessio de mercato fiendo, & non inter alias personas alicuius alterius ciuitatis, castri, loci, uel uillæ, & declarando quod castrum sancti Martini, Herberia, & Castellarani, & personæ stantes, seu quæ stabunt, & habitabunt in ipsis, uel in aliquo ipsorum, uel uillarum dictorum locorum non teneantur ad aliquam solutionem pro rebus, & mercantijs quas conducerent ad dicta sua loca seu per aliam illuc, & exinde ducerentur ad aliena loca, nisi tales res conducerentur de ciuitate districtu, uel episcopatu Mutinæ ad aliquem dictorum locorum, uel ex ipsis locis, & terris conducerentur ad ciuitatem Mutinæ, districtum, uel episcopatum. Quo casu compelli possint ad solutionem gabellarum debitarum pro rebus sic conducendis, seu extrahendis. Declarando etiam quod mercatum fiendum in dicta ciuitate, & burgis ciuitatis Mutinæ pro quibuscunque bestijs uendendis, & animalibus quæ uenduntur super ipso mercato sit, & intelligatur esse liberum sicuti est præsentialiter pro toto præsentis anno, & ab inde in antea ad beneplacitum pralibati Domini. Cætera autem mercata datari debeat, & gabellari. Intelligendo etiam, & declarando omnia, & singula superscripta, & infra scripta locum habere in datijs introitus, exitus, & transuersi duntaxat. Exceptuando a prædictis terram Sancti Felicis, Finalis, Nonantulæ, & potestariam Frignani, ac cõmunia eorundem in quibus inuolabiliter obseruentur ordinameta ædita, & formata ac et formanda, si placuerit pralibato domino super exigendis datijs in ipsis locis. Volentes insuper quod quilibet ciuis, seu forësis, & quilibet comitatus habitator, & qui habitauerit ciuitatē, districtū, uel episcopatū Mutinæ, seu aliquā ex terris, uel locis gubernatis p aliquē ex nobilibus prædictis, seu p aliū officialem pralibati Dñi, qui uenderet, alienaret, seu quocunque titulo transferret aliquas res, mercantias, grassam, & bestias in aliquena

conducentem, seu conducerem tales res sine licentia conductoris, seu officialis illius gabellæ, ad quam spectaret exactio, ad loca ex quibus gabellæ prædictæ deberetur, possit conueniri, & compelli modis supradictis ad soluendum gabellam strata, quæ deberetur pro rebus sic conductis, & extractis datario, & officiali dictæ gabellæ, ad quem spectaret exactio, & duplicatam. Non intelligendo per aliqua, quæ supra dicta sint, in aliquo derogatum esse gabellæ strata, & mercantiæ, quominus exigantur præsentis anno 1431. iuxta locationem de eis factam, & secundum modos earum in ciuitate, & extra iuxta solitum. Adijcientes etiam, quod pro quibuscunque rebus, bestijs, mercantijs, ac grassia cuiuscunque maneriei, quæ de ciuitate Mutinæ, & eius districtu, & comitatu conducerentur ad mercata quæ fierent sub alieno dominio, intelligantur esse gabellæ duplicata, & sic exigi possint ab officialibus, & conductoribus gabellarum mercantiæ, & strata ciuitatis Mutinæ pro introitu, exitu, & transuerso.

Quæ quidem capitula bene intellecta per dictos sapientes, & adiunctos, cognoscentes grata beneficia quæ huic ciuitati, eiusque populo prælibatus Illustrissimus Dominus Marchio perpetuo contulit, & quantum de præsentis ipsam ciuitatem conatur honoribus, & munificentijs decorare, nec non, & ipsam tum respectu gabellarum, tum etiam respectu mercati ampliare, & bonificare. Ipsi sapientes, & adiuncti, & quilibet ipsorum immortales gratias retulerunt omnipotenti Deo, & ipsi Illustrissimo Domino Marchioni, assumptis cum debita reuerentia suprascripta Capitula, & ipsa in omni eorum parte comprobantes, tamquam rectè, & sanctè composita, edita, & formata.

Ego idem Antonius de Prosperis notarius camera sapientum rogatus scripsi.

De lanis, quæ portantur in ciuitate Mutinæ. castaneis in cistis, & sachetis, lino in macijs, & oleo in fiaschis, non soluat gabella.

Hercules Dux Ferrariæ &c.

Dilectissimi nostri. Hauemo inteso quanto ne replicate per una nostra circa il fatto delle lane sue che fanno condurre dentro quelli dell'arte della lana, dicendo che'l fattore nostro generale li uole astregere a far pagare la gabella: Al che rispondendo ui dicemo come anche per un'altra nostra ui hauemo scritto: che noi intendemo

remo questa facèda come Bonuicino uiene qua, & le cagioni che'l muouono a questo, & infina che'l non uiene non potemo fare altra deliberatione. Ma si che gli scriuemo, che'l lassi la cosa così infina che la intenderemo. Vterius circa'l fatto delle castagne in paneri, & sacchette, ogli in fiaschi, & lino in mazzi &c. ui rispondemo che noi hauessimo auiso da Bonuicino a questi di che'l hauea fatto annullare la grida che fece fare Zilio del Grasso, o il superiore delle gabelle circa ciò, si che essendo rimosso il diuieto, ne pare che le cose restino in la sua pristina libertà, & che'l non bisogno dir altro. Ferrariæ 15. Octobris 1472.

A Tergo. Præstantibus, & egregijs fidelibus nostris dilectissimis sapientibus ciuitatis nostræ Mutinæ.

Sententia pro Mercantijs pro usu suo conducendis liberè per territorium Castellarani.

In Dei nomine Amen.

Nos Nicolaus de Trotis de Ferrara generalis ciuitatis Mutinæ &c. causarum datiorum, & gabellarum eiusdem ciuitatis: districtus, & comitatus, & dependentium ab eis ordinarius, & iudex generalis pro Illust. & excelso principe, & Dño nostro D. Borzio Marchione Estn. dictæ ciuitatis districtus, & comitatus pro Sacro Roma. Imperio uicario, & Domino generali &c. Cognitor, & decisor quæstionis, & causæ uertentis, & uersæ per & inter spectatum uirum Ioannem de Ferrarijs, & socios conductores datiorum, & gabellarum dictæ ciuitatis, & præstantem uirum Iacobum de Sadoletis notarium, & ciuem Mutinæ syndicum, & procuratorem, & pro interesse communis, uniuersitatis, & hominum ciuitatis, & districtus Mutinæ parte una. & Ioannem Sbardelladinum conductorem datiorum terræ Castellarani comitatus Mutinæ, & Regien. diocesis, & egregium uirum Ser Antonium de Sartoribus syndicum, & procuratorem, & pro interesse comunis, & hominum Castellarani ex altera. Visa petitione dictorum Ioannis de Ferrarijs, & Iacobi de Sadoletis nominibus, & pro interesse quibus supra. Visis responsionibus, & exceptionibus dictorum Ioannis Sbardelladini, & Ser Antonij de Sartoribus nominibus, & pro interesse prædictis. Viso termino statuto partibus ad probandum. Visis statutis, & modis datiorum, tam Mutinæ, quam Castellarani. ac dictis, & attestationibus testium hinc inde examinatorum, tam super obseruantia dictorum statutorum, & modorum, quæ super re, & facto, de quibus agitur. Viso decreto foel. re-

cor. Dñi Nicolai olim Marchionis Estensis, dictis comuni, & hominibus Castellarani concessio. Visis, & maturè pensatis iuribus, & allegationibus ipsarū partiū. Visa monitione dictis partibus facta p̄ præsenti die, & hora ad hanc nostrā diffinitiuā sententiā audiendā, & alijs, quæ uidentia, & cōsideranda fuere, habita prius per nos de, & super p̄dictis, & infrascriptis consultatione, & matura deliberatione Clarissimi Iurisconsulti Dñi Angeli de Vbaldis de Perusio consultoris nostri. Christi nomine repetito, pro tribunali sedentes Mutinæ in officio Massariæ ad nostrū solitū iuris, & audientie bancum, talem dicimus inter dictas partes sententiā uidelicet.

Quia pronuntiamus, sententiamus, diffinitiuè declaramus, decernimus, mandamus, & absoluius in hunc modum uidelicet:

Quia inhærentes modis datiorum, & gabellarum tam Mutinæ quàm Castellarani, & eorum obseruantie, & hætenus obseruatæ consuetudini. Pronuntiamus, & declaramus sententialiter, & diffinitiuè decernimus, & mandamus dicto Ioanni de Sbardelladino, & alijs conductoribus datij Castellarani præsentibus, & futuris, licuisse, & licere liberè, & impunè, & sine licetia, & molestia dictorum Ioannis de Ferrarijs, & sociorum, & aliorum cōductorum datiorum, Mutinæ præsentium, & futurorum tenere, facerè, & exercere tabernam, & beccariam, tam ultra, quàm citrà flumē Situlæ in territorio Castellarani, & exigere datium trauerisæ pro mercationibus, & rebus, de quibus solui debet, & consuetum est exigi gabella secundum formam modorum datiorum ipsius terræ Castellarani.

Pro grassia uero, bestijs rebus, & bonis quibuscunque, undecunque conductis, & conducendis, ac transuersantibus per territorium Castellarani, tam ultra, quàm citrà dictum flumen Situlæ ad ciuitatem, & districtum, & pro usu, & ad commodum, & necessitatem ciuium, & districtualium Mutinæ, nihil penitus soluatur, nec exigi possit, neque debeat datiaris, nec per datarios Castellarani similiter pro bestijs rebus, & bonis per ipsos ciues, & districtuales pro usu eorum, ac ipsorum nominibus reconducendis, & transuersantibus per ipsum territorium Castellarani nihil soluatur nec exigi possit, ipsis datiaris, & per datarios Castellarani. Quinimo conducentes, & reconducentes grassiam, bestias, res, & bona pro usu, & ad commodum, & necessitatem ciuium, & districtualium huiusmodi possint, & sibi liceat transire conducere, & reconducere cum grassia, bestijs, rebus, & bonis, & grassiam, bestias, res, & bona, de quibus supra per dictum territorium Castellarani liberè, licitè, impunè, & sine contradictione, & molestia datia-

datiariorum Castellarani. Et stetur, ac stari, & credi debeat sacramento tam ciuium, & districtualium sic conduci, & reconduci facientium, quàm ipsorum conducentium, & reconducentium simul, uel diuisim, an uidelicet grassia, bestia, res, & bona huiusmodi sint ipsorum ciuium, & districtualium, seu ad eorum usum, cōmodum, & necessitatē conducta, & reconducta, uel ne: nisi forte contrarium notoriè constaret, aut probari posset. Mandantes hanc nostram sententiā, terminationem, & declarationem inuiolabiliter obseruari per datarios Mutinæ, & Castellarani, sub pœna in statutis, & modis gabellarum contenta, partes ab expensis absoluentes. Et ita dicimus, sententiamus, pronuntiamus, declaramus, decernimus, mandamus, & absoluius omni meliori modo, uia, uire, forma, & causa, quibus magis, & melius possumus, & ualemus.

Lata data, & in scriptis sententialiter pronuntiata, & promulgata fuit suprascripta sententia per præfatum D. Massarium ut supra sedentem in præsentia, assistentia, & cum consilio præfati D. Angeli consultoris præfati, ut supra, sic pronuntiandum, terminandum, & obseruandum esse de iure, & iuxtam formam statutorum, & modorum gabellarum, & datiorum Mutinæ, & Castellarani, in præsentiarum consulentis, & de iure sentientis. Scripta, lecta, & publicata per me Baptistam notarium infrascriptum Anno dominicæ natiuitatis 1452. Indictione 15. die 30. mensis Martij in fero.

Præsentibus prædictis uidelicet Ioanne Sbardelladino, & Ser Antonio de Sartoribus ex una, & Ioanne de Ferrarijs, & Iacobo de Sadoleis ex altera, nominibus, & pro interesse quibus supra, & prædictam sententiā, & terminationē acceptantibus, & approbatibus ut iustam, & æquam, ac eidem acquiescentibus, ac præsentibus testibus ad prædicta omnia, & singula uocatis, habitis, & rogatis, spectabili, & eximio doctore Domino Iulio de Morano, spectato uiro Ioanne q. Pauli de Liuizano, & Ioanne della Iguana nuntio Massariæ, ciuibus, & habitatoribus dictæ ciuitatis, & alijs.

Ego Baptista Petri de Prignano ciuis Mutinæ publicus imperia li auctoritate, & episcopatus Mutinæ notarius, & in hac parte substitutus, & deputatus ab Alexandro de Trotis notario dictæ Massariæ absente a dicta ciuitate, prædictis omnibus, & singulis interfui, & ea rogatus scribere, scripsi, publicauis, & authenticauis signo, & nomine consuetis.

REDDITVS ADDITIONIS GABELLAE

mercantiæ. Rubrica I.



N primis, quod quælibet persona tam terrigena quæ forensis, cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ de cetero conduxerit, seu conduceri fecerit aliquas mercationes, seu res cuiuscunque conditionis sint, de alieno districtu, episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, uel districtu ad uendendum, uel causa uendendi, seu donandi, uel permutandi teneatur, & debeat ultra solutionem gabellæ mercantiæ solitæ dare, & soluere conductori, uel officiali dicti redditus additionis gabellæ prædictæ communis Mutinæ, quatuor den. Mutinæ pro quælibet libr. mar. de argento secundum æstimationem de ipsis mercantijs, & rebus fiendam tempore conductionis dictarum mercationum, seu rerum. Saluo, quod nullus ciuis, uel habitator ciuitatis Mutinæ, comitatus, uel districtus teneatur soluere gabellam prædictam pro aliquibus rebus, quas conduceret, uel conduceri faceret pro usu, & ornamento suo, & domus suæ, & illorum de familia sua, de quo stetur sacramento conducentis, seu conduceri facientis: quod locum non habeat in aliquibus rebus, seu utensilibus conducendis pro ministerio, & artificio alicuius artificis conducentis, seu conduceri facientis: & si contingeret conducentes, seu conduceri facientes tales res, de eis aliter quæ pro suæ personæ ornamento, & illorum de familia sua disponere, condemnentur pro quælibet uice qua sic disposuerit, in amissione ipsarum rerum, & ultra id in x. libris mar. quod etiam locum non habeat in rebus officialium, qui uadunt in officio, siue ueniunt de officio, neque in sale, uel blado aliquo, neque in animalibus aliquibus, uel uinis, seu folesellis, uel falopijs aliquibus: saluo quod si aliqua persona ciuitatis Mutinæ, uel districtus extraxerit de ciuitate Mutinæ, uel districtu, & conduxerit ad aliquas feras, uel nundinas aliquas mercationes, uel res extra districtum Mutinæ, & dictas mercationes, uel res, seu partem earum reduxerit infra ciuitatem Mutinæ in octo dies, dictam gabellam soluere non teneantur: saluo quod licitum sit omnibus, & singulis personis, & mercatoribus conducentibus, & conducere uolentibus aliquas res, uel mercationes de alieno districtu episcopatu, uel territorio in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtum, eas mercationes, & res conducere, & tenere in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu per xv. dies postquam conductæ, uel repræsentate fuerint in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu ipsi

ipsi conductori, uel officialibus dictæ gabellæ sine aliquo datio, uel gabella soluenda de ipsis mercantijs, uel rebus dicto conductori, seu officialibus si dictæ res, uel mercationes non uenderentur, donarentur, uel permutarentur infra dictum tempus xv. dierum in ciuitate Mutinæ: uel districtu: dummodo dicti tales conducentes dictas mercationes, & res, reponant ipsas in fundico, siue domo gabellæ mercantiæ & illas ibi teneant ut conductores, & officiales ualeant ipsas mercationes, & res dictis xv. diebus uidere, & euitare fraudes: alioquin teneantur tales conducentes, seu conducentes sol uere dictam gabellam dictorum quatuor den. pro libr. quod locum non habeat in habitatoribus territorij, & comitatus Mutinæ, qui non desringuntur per commune Mutinæ, qui omnino ipsam gabellam soluere teneantur: & si ultra dictum tempus xv. dierum aliqua persona tenuerit, uel habuerit dictas tales res, uel mercationes in ciuitate prædicta, comitatu, uel eius districtu quod ipsas mercationes, & res non conducatur, seu conduceri faciat extra ciuitatem Mutinæ: comitatu, & eius districtu, teneat, & debeat illa talis persona dare, & soluere dicto conductori, uel suis officialibus quatuor den. Mut. p. quælibet libr. mar. de argento dictarum rerum, & mercationum secundum æstimationem fiendam quemadmodum uenditur, donatur, uel permutatur essent, & conductæ causa uendendi, donandi, uel permutandi, uel pro suo usu, uel qualitercunque in ciuitate Mutinæ, comitatu, uel districtu.

Item: quod quælibet persona, quæ in futurum tenebitur, & debeat soluere aliquam quantitatem pecuniæ dicto conductori, uel officialibus dictæ additionis dictæ gabellæ pro aliquibus mercationibus uel rebus conductis ad uendendum, uel causa uendendi: donandi, uel permutandi, uel pro suo usu ut supra, teneatur, & debeat soluere ipsam talem quantitatem pecuniæ dicto conductori, uel eius officialibus infra dies x. postquam ipsa talis persona soluere debens fuerit requisita, uel interpellata personaliter, uel ad domum habitationis suæ in ciuitate Mutinæ comitatu, uel districtu de soluendo a dicto conductore, uel eius officialibus: sub pœna dupli dictæ gabellæ, in qua ipso facto incurrisse intelligatur applicanda dictæ gabellæ additionis per dimidia, & per alia dimidia cætera Ill. d. n. d. Nicolai Marchionis i Mut.

Itē: quod sit licitum conductori, & officiali dicti redditus accipere securitate ab omnibus portatoribus de stangis, de blada, & nauigij de non accipiēdo, seu discarigando aliquas res, seu mercationes de aliquibus nauibus, curribus, carretis, seu animalibus sine expressa licentia dicti conductoris, seu officialis, & hoc sine aliqua solutione pecuniæ fienda eidem, uel alicui eorum per dictos portatores occasione dictæ securitatis.

Item: quod quælibet persona tam terrigena quæ forensis cuiuscunque conditionis, & status existat quæ conduxerit, seu conduci fecerit in ciuitate Mutinæ, uel districtu aliquas ex dictis mercationibus, uel rebus, de quibus solui debeat gabella, ut superius dictum est, teneatur, & debeat mercator, seu conduci faciens, uel conducens antequam ipsæ mercationes, uel res discurrantur, uel reponantur in domo ipsius, uel aliena, denuntiare, & dicere dicto conductori, uel officialibus dicti conductoris ad officium introitus gabellæ portarum existentibus, si ibi dictus conductor eos habuerit, & teneat, quod conduxit dictas mercationes, & res, & quales, & cuius modi, & quot, & mercationes, & cuius conditionis, & maneriei fuerit quælibet earum: ita quod ueritas de prædictis appareat, aliter dictam denuntiationem facere teneatur: & utroque casuum prædictorum ipsas mercationes per uiam rectam, & usitatam a porta ciuitatis, per quam intrauerit ad locum ubi colligetur dicta gabella præsentare teneatur, & debeat. & si contrafecerit, uel ueritatem non dixerit, uel fraudem commiserit in prædictis, uel aliquo prædictorum, condemnetur in centum soldos mar. pro qualibet re de qua contrafactum fuerit, & amittat ipsam rem. Et albergator, & quælibet alia persona, in cuius domo dictæ res reponerentur teneantur, & debeant dictam denuntiationem facere dicto conductori, uel eius officialibus sub pœna x. libr. mar. quod locum non habeat in follisellis qui conducerentur de episcopatu Mutinæ.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis, & status existat, quæ conduxerit, seu conduci fecerit aliquas mercationes, seu res in districtu Mutinæ, uel comitatu de quibus solui debeat gabella prædicta, non possit, nec debeat aperire ballam, fardellum, ualissiam, corigum, uel stoream, uel aliquod aliud in quo, uel qua aliqua res de prædictis essent, uel conducerentur nisi in gabella, & nisi primo ipsas ostenderit ita ligatas, & clausas, ut conductæ fuerint dicto conductori, uel suis officialibus, & sine ipsius conductoris, uel eius officialium licentia, uel præsentia: pœna, & banno dicto conductori, & cuilibet alteri personæ, quæ aperiret, & disligaret prædicta, uel contra prædicta ueniret, & etiã hospitori, & ei, cuius fuerit domus, uel hospitium in ea habitans scilicet conducenti libr. x. mar. portatori, & illi alteri qui aperiret, & hospitori, & habitatori domus, & cuilibet eorum pro qualibet uice soldorum centum mar. & quilibet possit accusare, & denuntiare quemlibet contrafacientem in prædictis, uel aliquo prædictorum, & gabellator, aut officialis, uel habentes causam ab eo
qui

qui aperiret uel disligaret ballam, ualissiam, uel fardellum, corigum, uel stoream, uel aliquid aliud in quo essent aliqua res de prædictis, uel apertori, uel disligatori ipsarum rerum interesset, uel consentiret in alio loco quæ in domo, in qua officiat, & colligitur dicta gabella mercantiæ in ciuitate Mutinæ, condemnetur in centum soldos mar. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum irremissibiliter applicand. & integraliter cameræ d. Marchionis: non obstante capitulo generali de diuidendis condemnationibus inter cameram, & conductorem, nec in aliquo exonerante, uel reponente, nec in domum recipiente res, & mercationes ipsas tempore inhabili ad dictam denuntiationem fiendam, uel ex tarditate temporis, uel ex alia rationabili causa, quæ, an rationabilis sit, uel non, remaneat in arbitrio iudicatis, inspectis qualitatibus temporis, dictarum rerum, & personæ conducentis dictas res. Et nihilominus talis conducentis, & exonerans, qui ex dictis causis accusatus fuerit, ut supra, teneatur sine mora dictam denuntiationem facere.

Item: quod quicumque habitator castri Sancti Fœlicis, & territorij Mirandulæ, & quiuis diocesanus, uel comitatinnus Mutinæ possit sine aliqua solutione dictæ gabellæ conducere ad uendendum ad ciuitatem Mutinæ lanas pecudum suarum, quas in dictis territorijs tenuerit. Et quod tenore præsentis capituli dictæ lanæ, conducendæ per tales habitatores intelligantur, & sint in districtu Mutinæ: Et quod si aliquis alius ciuis Mutinæ, uel forensis, seu alia persona non habitans in dictis territorijs, conduxerit de dictis territorijs in ciuitatem Mutinæ aliquam quantitatem lanæ ad non uendendum, uel causa non uendendi pro dicta lana dictam gabellam soluere teneatur, & eo casu intelligatur esse conducta de locis forensibus. Et nihilominus omnes conducentes de territorijs prædictis ipsam teneantur denuntiare, & præsentare officialibus prædictis ad gabellam prædictam: sub pœnis prædictis.

Item: quod si aliqua mercationes, uel res conducerentur ut supra, de quarum æstimatione non esset facta specialis mentio, quod de eis solui debeat gabella prædicta secundum modum prædictum, & secundum æstimationem de eis fiendam per æstimatores ad hoc communiter eligendos per ipsos conductorem, & conducentem.

Redditus introitus portarum. Rub. II.

Locetur dictus redditus introitus portarum prædictis modis, & conditionibus infra scriptis.

In primis quod quilibet persona tam terrigena quæ forensis cuius-

cunq; cōditionis existat, quæ cōducet, seu cōduci faciet in ciuitate Mutinæ, uel burgos infra circas ueteres ciuitatis Mutinæ tantum aliquem currum, uel carretam, seu animal ponderatum, uel ponderatam de quibuscunq; rebus cuiuscunq; conditionis sint, uel fuerint, & undecunq; conducat teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, uel socijs, aut officialibus ad colligendum dictum datum deputatis incontinenti, ad introitum ciuitatis, uel circarum sibi fuerit officialis pro dicto conductore ad dictam gabellam colligendam, modo isto uidelicet. Pro quolibet curru, & carreta a quatuor rotis ponderatis de aliquibus rebus quæ conducerentur tunc, soldum unum mar. Et Pro qualibet leza, & barocio ponderatis quæ conducerentur ut supra deñ. octo mar. siue conducatur ad uendendum, siue ad non uendendū. Et Pro qualibet soma, uel animali ponderato blado, uel uuis, fœno, palea, uel alio stramine, cum glandibus, lignis combustilibus, uel fructibus pro usu ciuium undecunq; conducantur, soluatut tantum denarius unus paruus pro qualibet soma.

Item: quòd de quolibet, & pro quolibet animali ponderato, uel somario de aliquibus rebus conducendis cum eo ad uendendum, uel ad non uendendum deñ. octo mar. quæ non sint specificata in proximo præcedenti capitulo. Item pro quolibet sandalo, siue burchiono ponderatis, qui, uel quæ conducerentur in ciuitatem Mutinæ, uel infra circas prædictas per canale, siue nauigium, uel aliunde soluatur, & solui debeat modo prædicto, pro quolibet pōdere rerum existentium in ipsis nauibus, burchionis, siue burchijs, aut sandalis, gabella prædicta ad similitudinem superscriptorum currium, & carretarum, barociorum, uel somarum, secundum quòd casus acciderit ut superius de curribus, & somis singulariter est expressum, & secundum quantitatem rerum existentium in ipsis nauibus, sandalis, siue burchijs: ita tamen quòd quilibet lignarius lignorum intelligatur esse quatuor currus, & non ultra. Excepto quòd pro calcina, lapidibus, tegulis, sabiono, quæ qualitercunq; a quibuscunq; conducerentur intra dictam ciuitatem Mutinæ, & burgos, totaliter sint immunes, & immunia, & pro eis nihil soluatur. Et saluo quòd nemo soluere teneatur gabellam prædictam pro aliquibus curribus, uel carretis, super quibus conducerentur ad ciuitatē Mutinæ aliqua dominæ, uel familiæ alicuius ciuis, uel habitatoris ciuitatis Mutinæ cum aliquibus culcidris, & massarijs, siue culcidra, & massaricia domicellis, uel massarijs nō existentibus super dictis curribus tempore aliquo: siue super quibus

curribus

curribus conducerentur culcidra, & massaricia alicuius ciuis, uel districtualis Mutinæ tempore alicuius fugæ, uel timoris aliquorū inimicorum ciuitatis Mutinæ occasione dictæ fugæ, & timoris: & si dicta gabella contenta in dictis modis non fuerit soluta termino ordinato in eis, & cridis tales non soluentes dictam gabellam soluere non teneantur duplum:

Item: quòd si aliquis conduceret in ciuitatem Mutinæ, uel intra circas prædictas aliquem currum, uel barocium, lelam, uel strozam cum duobus paribus boum, uel alio animali ultra unū par boum, si plus conduceret iusto pondere unius paris boum soluere teneatur gabellam prædictam pro rata eius, quod plus conduxerit iusto pondere paris boum ad rationem prædictam, ultra dictam gabellam, de qua supra fit mentio.

Item: quòd quicumque uoluerit ædificare, uel reparare domū aliquam in ciuitate Mutinæ, uel burgis, possit libere, & sine solutione aliqua dicti redditus conducere, seu conduceri facere lignamē cuiuscunq; generis: assides: lapides: tabellas: cupos: glarones: calcinam: sablonum, & terram eis oportunam occasione dicti ædificij, seu reparationis.

Redditus gabellæ additionis uini, quod uenditur in grosso in ciuitate Mutinæ, uel districtu. Rub. III.

In primis: quòd qualibet persona terrigena, uel forensis cuiuscunq; conditionis, uel status existat, quæ uendiderit, seu uendi fecerit aut donauerit, uel permutauerit in ciuitate Mutinæ, uel districtu aliquam quantitatem uini nostratis, uel forensis cuiuscunq; maneriei, uel speciei existat ad quartarium, parolum, siculam, uel aliter in grosso, seu aliquam quātitatē uuarum ad castellatā, uel ad oculum, intelligēdo castellatā uuarum quartarios quattuor uini, teneatur, & debeat soluere conductori, uel officiali additionis dictæ gabellæ uini, de qualibet libra mar. de argento, scilicet de uiginti sold. mar. unum sold. mar. pro uenditione, donatione, seu permutatione dicti uini, & uuarum prædictarum. Et si nullum precium foret expressum, uel constitutum de ipsis uuis, & uinis de qualibet libra mar. de argento, scilicet de singulis uiginti soldis mar. æstimationis ipsius uini, uel uuarum: ita tamen quòd tales uenditores donantes, seu permutantes non teneantur soluere officialibus, uel conductori datij uini gabellinam sex deñ. Mutinæ pro quolibet quartario uini, quæ soliti erāt soluere ante additionē

huius gabellæ dicti unius sol. mar. Ad quam gabellinā sex denario-
rum pro quartario uini soluendam teneantur uigore huius prouisi-
onis emptores, donatarij, permutationem uini recipientes. Sed
si per emptorem, donatarium, uel permutationem uini recipientē
non fuerit dicta gabella sex denariorum Mutinæ soluta, teneatur
dictus uēditor, donator, seu permutator ipsam soluere, & ad ipsam
soluendam cogi possit, & debeat: & si soluerit, actionem, & recur-
sum habeat aduersus emptorem, donatarium, & permutationem
uini recipientem.

Et quod tales uenditores, donatores, seu permutatēs dicti uini,
& uuarum teneantur dictam gabellam unius soldi mar. soluere cō-
ductori, uel officiali dictæ additionis gabellæ uini infra quinque
dies post ipsam uenditionem, donationem, seu permutationem si
factæ fuerint in ciuitate prædicta, uel burgis eius. Et si extra bur-
gos in districtu Mutinæ, infra quindecim dies sub pœna dupli ei⁹
quod soluere debebunt, seu deberent pro additione dictæ gabellæ
ipso facto applicanda additioni dictæ gabellæ pro dimidia, & pro
alia dimidia cameræ dicti domini Marchionis, ut supra, inquam
pœnam ipso facto incurrisse intelligantur.

Et quod tales uenditores, donatores, uel permutatores tenean-
tur, & debeant per se, uel alios eorū nōmine dictas uenditiones,
donationes, & permutationes denunciare officialibus dictæ addi-
tionis dictæ gabellæ primo die, uel sequenti ipsarum uenditionū,
uel permutationum, si fient in ciuitate prædicta, uel burgis: & si
extra dictos burgos in districtu Mutinæ infra decem dies: sub pœ-
na quinque soldorum mar. pro quolibet quartario uini applican-
da ut supra.

Item: quod portatores a uino, & consueti portare, uel mensu-
rare uinum, seu alia persona non possit, uel debeat portare, uel mē-
surare, uel discarigare aliquam quantitatem uini, uel uuarum in
ciuitate Mutinæ, uel burgis, de qua solui debeat dicta gabella, nisi
primo denuntiatum fuerit officiali dictæ gabellæ nomen uendito-
ris, & emptoris, & precium ipsius uenditionis uini, uel uuarum:
sub pœna decem soldorum mar. pro qualibet uice, applicanda
ut supra.

Item: quod nulla persona terrigena, uel forensis cuiuscunque
conditionis, uel status existat, audeat, uel præsumat, possit, uel de-
beat portare, uel portari facere per ciuitatem Mutinæ, uel burgos
de uno loco ad alium: siue de una domo ad aliam aliquam quan-
tatem uini, uel uuarum, de quibus debeat solui dicta gabella ad-
ditionis

ditionis, sine expressa licentia conductoris, uel officialis dictæ ad-
ditionis dictæ gabellæ. Et hoc sub pœna uiginti soldorū mar. pro
quolibet contrafaciente, & qualibet uice applicanda ut supra.

Item: quod quælibet persona terrigena, uel forensis cuiuscun-
que conditionis, uel status existat, quæ de cætero commiserit dolum,
uel fraudem in dicta, uel pro dicta gabella additionis, condemne-
tur, & condemnari debeat per officialem deputatum ad reddendū
ius de gabellis communis Mutinæ, in ceterum soldos Mutinæ
pro qualibet uice, & applicandos ut supra, scilicet pro additione
dimidia, & pro alia dimidia cameræ domini Marchionis. Et etiā
intelligatur dolum, & fraudem commisisse, & commissum esse si
ipsa talis persona cessauerit denunciare uinum, uel uuas, de quibus
debeat solui dicta gabella dicto conductori, uel eius officiali, &
precium ipsius uini, uel uuarum declarare, & manifestare eidem
cōductori, uel officiali infra decem dies a die uenditionis per mu-
tationis, uel donationis ipsius uini, uel uuarum si fient in ciuitate
Mutinæ, uel burgis. Et si extra burgos in districtu Mutinæ infra
unum mensem. Et quilibet possit accusare, & denunciare quem-
libet contrafacientem de prædictis, & quolibet prædictorum, &
habebit tertiam partem condemnationis, & tenebit in credētia.

Item: quod quilibet ciuis Mutinæ possit, & ei liceat mutuare
de suo uino suis mezadris, habitantibus in domo ipsius ciuis, sine
solutione aliqua gabellæ dictæ additionis. Et similiter dicti me-
zadri pro restitutione uini eis mutuati per prædictos ciues, in quo-
rum domibus habitabunt nihil soluere teneantur.

Item: quod portatores a uino non possint, uel debeant incāne-
uare, uel incāneuata tenere, seu incanneuari facere in suis domi-
bus proprijs, uel conductis, uel alienis aliquam quantitatem uini
pro reuendendo, uel causa reuendendi, uel habere, uel tenere ali-
quam quantitatem uinorum ultra uinum eis necessarium pro usu
familie ipsorum de uino non habito, uel percepto in uel ex posses-
sionibus proprijs ipsorum, uel per eos, uel eorum nomine labora-
tis, uel cultis. Et hoc sub pœna uiginti soldorum mar. pro quoli-
bet quartario uini, & amissionis uini. Cuius pœnæ dimidia per-
ueniat ad cameram dicti d. Marchionis alia dimidia additioni di-
ctæ gabellæ. Et quod quælibet persona cuiuscunque conditio-
nis, & status existat, quæ gubernauerit seu in eius domo, uel cari-
pa reposuerit, uel receperit, uel tenuerit aliquam quantitatem uini
alicuius portatoris a uino, teneatur, & debeat denunciare ipsam
quātitatem uini conductori, uel officiali dictæ gabellæ infra quin-

que dies postquam ipsum uinum fuerit sic repositum sub poena x. libr. mar. applicanda ut supra.

Item: quod postquam aliquis ciuis, uel comitatinus Mutinæ siue forensis fuerit denunciatus, uel accusatus de aliquo delicto commissio in dicta, seu pro dicta gabella coram dicto tertio iudice, talis denunciatio, seu accusatio remitti non possit per conductorem dicti dattij, seu officialis absque licentia, scientia, & uoluntate massarij generalis in Mutina pro dicto Dño Marchione.

Item: quod tertius iudex communis Mutinæ, & quilibet alius officialis, qui erit deputatus ad ius reddendum super redditibus, & gabellis, & alius quilibet officialis in Mutina habens arbitrium per modos antiquos gabellarum dictæ ciuitatis, habeat cognoscere de quibuscunque fraudibus committendis in dicta gabella, uel pro ea, & punire delinquentem secundum formam modorum prædictorum, & provisionum prædictarum, & seruatis in his quæ deficerent dictæ provisioni, & modis antiquis gabellarum ciuitatis Mutinæ. Ac etiam teneantur, & debeant facere conductoribus, & officialibus dictæ gabellæ additionis ius summariū expeditum contra quoslibet debentes, uel qui debebunt aliquid dare, uel soluere dicto conductori, uel eius officialibus occasione dictæ gabellæ, secundum formam modorum, & provisionum prædictorum, ac secundum formam modorum generalium gabellarum ciuitatis Mutinæ ac ipsis conductori, & officialibus ipsos modos generales seruare, & seruari facere. Et ipsi modi locum sibi uendicent in omnibus, & per omnia prout iacent ad literam in gabella prædicta additionis prædictæ.

Item: quod dicta gabella colligatur solummodo a uenditoribus uini in ciuitate Mutinæ, uel districtu secundum quod iacet textus tantum non obstante aliqua consuetudine hactenus obseruata, de exigendo gabellam prædictam a conducentibus uinum de terris inobedientibus:

Redditus retalei piscium: Rub. IIII.

Dictus redditus retalei piscium locetur, & colligatur modo infra scripto:

In primis quod quilibet uendens pisces ad minutum in ciuitate Mutinæ, uel districtu uiuos, uel mortuos, recentes, uel falsos teneatur, & debeat soluere conductori dicti redditus, seu suis officialibus unum

unum denarium paruum pro singula libra ponderis dicti piscis tempore uenditionis dictorum piscium, si uenderentur ad minutum in ciuitate, uel districtu prædictis. Si uero uenderentur in grossum alicui personæ, quæ eodem modo, uel alio tempore ipsum uendiderit ad minutum in ciuitate Mutinæ, uel districtu, tunc tempore dictæ talis uenditionis, talis uenditor in grossum pro dicta uenditione nihil soluere teneatur. Si uero aliqui pisces uenderentur in grossum alicui personæ, quæ ipsos extraheret de ciuitate, uel districtu, quod tunc talis uendens ad dictam gabellam soluendam teneatur. Et quæ dicta sunt superius locum non habeant in piscibus, seu pisciculis circumstantium fluuiorum, qui uenduntur in basoletis, & non ad pondus, & saluo etiam, quod pro piscibus, qui conducentur causa donandi, usque ad pondus uiginti quinque librarum, nihil pro dicta gabella solui debeat.

Redditus retalei carniū: Rub. V.

Modi, seu provisiones retalei carniū ciuitatis Mutinæ, & districtus, De solutione gabellæ.

In primis quod omnes, & singuli becarij, sporcini, lardaroli, stationarij ad ipsam artem tatum, picigaroli, uel uenditores carniū falsarum, uel recentium lardi, axungia, uel sepi in ciuitate Mutinæ, uel districtu, qui uendent in futurum, seu uendi facient carnes recentes, uel falsas, seu lardum, axungiam, uel sepum alicuius generis quadrupedum, exceptis leporibus, & capriolis, capitibus, pedibus, uel interioribus omnium quadrupedum, quæ uenduntur in dicta ciuitate Mutinæ, uel districtu, soluant, & soluere debeant conductori, seu officialibus gabellæ retalei carniū ciuitatis Mutinæ, uel habenti causam ab eis, seu comuni Mutinæ pro qualibet libra ponderis dictarum carniū, uel lardi, axungia, uel sepi, quæ sic uenduntur in dicta ciuitate Mutinæ, uel districtu ad libram, seu retaleum, centenarium, uel oculum, uel alio quoquo modo, unum denarium Mutinæ: quod locum non habeat in falcicij, uel indutolis. Quam gabellam si non soluerint infra sex dies, computandos a die ponderationis dictarum carniū, uel lardi, axungia, uel sepi, soluere teneantur ultra dictam gabellam conductori, uel officiali dictæ gabellæ, nomine poenæ, quartam partem eius, quod soluere tenebantur. Saluo quod quilibet persona cuiuscunque conditio-

nis existat, quæ uendiderit aliquam quantitatem dictarum carni-um quomodocunque alicui personæ, quæ dictas carnes uoluerit pro suo usu, & suæ familiæ, dictam gabellam omni modo soluere teneatur. Sed si aliquam quantitatem ex dictis carnibus uendiderit alicui reuenditori, ille talis uenditor ipsam gabellam minime soluere teneatur: sed incontinenti solutio ipsius gabellæ spectet ad ipsum reuenditorem qui dictas carnes emerit: quæ gabella locum non habeat in aliquibus bestijs uiuis.

De dando in scriptis carnes falsas officialibus. Rub. VI.

Item: quòd quilibet becarius, speciarius, lardarolus, stationarius, seu reuenditor carniũ falsarum, seu axungia, uel sepi in ciuitate Mutinæ, uel districtu ad omnem requisitionem conductoris, uel officialis dictæ gabellæ teneatur, & debeat dare in scriptis conductori, uel officiali dictæ gabellæ omnem quantitatem carniũ falsarum, lardi, axungia, uel sepi quã habuerit in suis stationibus, seu domibus proprijs, uel conductis, seu in aliqua parte, uel loco ciuitatis, uel districtus dicendis, & declarandis eidem officialibus. ego habeo tot mezenas carniũ, seu tãtam quantitatem, seu tot libras carniũ, uel lardi, axungia, uel sepi in tali statione, domo, uel loco: sub pœna sex denariorum Mutinæ pro qualibet libra dictarum carniũ lardi, axungia, uel sepi.

De non excoriando bestias sine licentia officialis. Rub. VII.

Item: quòd quilibet becarius, uel quæuis alia persona, uendens carnes recentes alicuius generis quadrupedum in ciuitate Mutinæ, uel burgis, non possit, nec debeat occidere, seu occidi facere in dicta ciuitate, uel burgis aliquam bestiam quadrupedem causa uendendi ad libram, retaleum, centenarium, uel oculum, sine licentia dicti conductoris, uel officialis dictæ gabellæ: sub pœna uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet bestia grossa, & porco, & quinque soldorum Mutinæ pro qualibet bestia minuta, & credatur sacramento conductoris, uel officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex dictis officialibus.

De

De non squartando, uel uendendo carnes sine licentia officialis. Rub. VIII.

Item: quòd non sit aliquis beccarius, speciarius, lardarolus, picigarolus, uel quæuis alia persona uendens ut supra carnes recentes, uel falsas, seu lardos, axungiam, uel sepum cuiuscunque generis quadrupedũ in ciuitate Mutinæ, uel burgis exceptis leporibus, & capriolis, quæ possit, debeat, seu audeat squartare, uel retaiare, seu uendere ad libram centenarium, seu ad oculum, uel alio modo in dicta ciuitate Mutinæ, uel burgis aliquas carnes recentes, uel falsas, seu lardum, axungiam, uel sepum, exceptis leporibus, & capriolis, nisi primo ipsas carnes axungiam, lardum, uel sepum ostenderit dicto conductori, uel officiali dictæ gabellæ, & ponderatæ ac bullatæ fuerint bullo officialis dictæ gabellæ, uel ad eius instantiã: sub pœna uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet bestia grossa, & porco: & quinque soldorum Mutinæ pro qualibet bestia minuta.

Quòd officiales possint circare in stallis uendentium carnes. Rub. VIII.

Item: quòd conductores, uel officiales dictæ gabellæ possint pro eorum libito circare, uel circari facere per officiales, seu familiares dictæ gabellæ in casellis, stallis, domibus, uel arcacijs proprijs, uel conductis cuiuslibet becarij, lardaroli, speciarij, stationarij, uel reuenditoris carniũ recentium, uel falsarum, lardi, axungia, uel sepi, uel quæ prædicti tenerent, uel haberent in dicta ciuitate Mutinæ, uel burgis, seu in dictis casellis, stallis, domibus, uel arcacijs essent carnes, lardum, sepum, uel axungia alicuius generis quadrupedum. Et si aliquis de supradictis becarijs, lardarolis, speciarijs, stationarijs, uel reuenditoribus prohibuerit circari, ut supra dictum est, condemnetur in uiginti soldis Mutinæ pro qualibet uice, & credatur sacramento conductoris, uel officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

De non excoriando nisi in macello. Rub. X.

Item: quòd non sit aliquis becarius ciuitatis Mutinæ, uel quæuis alia persona reuendens carnes recentes, uel falsas, seu lardum, axungiam, uel sepum in macellis, seu becarijs ciuitatis Mutinæ: cõsuetis quæ possit, uel debeat occidere, seu occidi facere, scorticare,

O 2

seu scorticari facere aliquam bestiam quadrupedem, exceptis leporibus, & capriolis, nisi in dictis macellis, seu becarijs absque licentia officialis dictæ gabellæ, sub pœna uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet bestia grossa, & porco, & quinque soldorū Mutinæ pro qualibet bestia minuta. Et credat sacramento officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ. Quòd locum non habeat in porcis, quos occidere, uel occidi facere possunt extra becarias prædictas, ubi, & in quo loco uoluerint, habita licentia ab officiali dictæ gabellæ. Quòd si fecus fecerint puniatur, & condemnetur quilibet eorum pro quolibet porco in uiginti soldis Mutinæ.

De reuenditoribus carniū extra becarias.
Rubrica XI.

Item: quòd qualibet persona cuiuscunque conditionis, uel status existat uendens, seu quæ in futurum uendere uoluerit aliquas carnes de supradictis falsis, uel recentibus, lardum, sepum, uel axungiam in dicta ciuitate Mutinæ, uel burgis ad libram, seu retalum extra becarias ciuitatis prædictæ consuetas, non possit, uel debeat occidere, seu occidi facere, scorticare, uel scorticari facere aliquas bestias quadrupedes, exceptis leporibus, & capriolis absque licentia dicti conductoris, uel officialis dictæ gabellæ: sub pœna prædicta pro qualibet bestia grossa, & porco, & pœna prædicta pro qualibet bestia minuta. Et credatur sacramento conductoris, uel officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

De uenditoribus carniū uillarum, & castrorum
ciuitatis Mutinæ. Rub. XII.

Item: quòd omnes, & singuli uendentes, uel uendi facientes, seu qui in futurum uendent, uel uendi facient ad retaleum aliquas carnes falsas, uel recentes, lardum, sepum, uel axungiam cuiuscunque generis quadrupedū, exceptis leporibus, & capriolis extra burgos ciuitatis Mutinæ in aliquibus uillis, terris, uel castris ciuitatis prædictæ, uel districtus eiusdem, non possint, uel debeant uendere retaiare, uel squartare, occidere, uel scorticare per se, uel alium ipsas carnes, uel lardum, axungiam, uel sepum nisi primo fuerint in concordia cū cōductore, uel officiali dictæ gabellæ, uel soluerint dicto conductori

conductor, seu officiali dictæ gabellæ unum denariū Mutinæ pro qualibet ponderis libra dictarum carniū, lardi, axungia, uel sepi sub pœna centum soldorum Mutinæ pro qualibet bestia grossa, & porco, & uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet bestia minuta: Et nihilominus soluere teneantur dictam gabellam, & credatur sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

Quòd tabenarij non audeant scorticare bestias.
Rubrica XIII.

Item: quòd aliquis tabernarius, uel tabernaria, hospitator, uel hospitatix ciuitatis Mutinæ, & districtus, uel aliquis nomine ipsorum uendens carnes coctas ad minutum, seu ad tazam nō possint, uel debeant occidere, uel occidi facere, scorticare, uel scorticari facere aliquo modo, uel causa aliquam bestiam quadrupedem exceptis leporibus, & capriolis sine licentia dicti conductoris, uel officialis dictæ gabellæ sub, pœna uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet uice. Et nihilominus compellantur illi tales contrafacientes prædictis ad soluendum pro qualibet libra ponderis dictarum bestiarum quadrupedum unum denarium Mutinæ. Et credatur sacramento officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

Quòd liceat ciuibus, & habitatoribus ciuitatis Mutinæ, & districtus scorticare bestias pro uso suo. Rub. XIII.

Hoc addito semper saluo, & intellecto in superscriptis capitulis, & quolibet eorum, quòd quilibet ciuis, uel habitator ciuitatis Mutinæ, uel districtus, dum modo non sit becarius, specarius, lardarius, picigarolus, stationarius, uel reuenditor dictarum carniū lardorum, axungiarum, uel sepi possit, & ei liceat impunè absque licentia conductoris, uel officialis dictæ gabellæ occidere, uel occidi facere, scorticare, uel scorticari facere, pelare, uel pelari facere in quocunque loco ciuitatis Mutinæ, uel districtus, excepto q̄ in becarijs siue macellis consuetis ciuitatis Mutinæ, omnes, & singulas bestias grossas, uel minutas quas uoluerit pro usu suo, & familiae suæ, uel pro comedendo in domo habitationis suæ, dummodo non faciat in fraudem dictæ gabellæ: quòd si fieret, condemnerur ille talis fraudem committens in centum soldis Mutinæ pro qualibet uice, & credatur sacramento conductoris, uel officialis dictæ

gabellæ cū uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

De reuenditoribus carniū morticinārum :
Rubrica XV.

Item saluo, & intellecto semper in suprascriptis capitulis, & quolibet eorum quod de carniū mortuis morte naturali, uel fortuito casu, quæ uendi non possunt, nel debent in becarijs ciuitatis Mutinæ, nec in ipsa ciuitate secundum formam statutorum ipsius ciuitatis, seu statutorum, & ordinamentorum artis becariorum ciuitatis prædictæ, quæ uenduntur, seu in futurum uenduntur extra portas ciuitatis prædictæ, nihil conductori, seu officiali dictæ gabellæ, seu cōmuni Mutinæ soluere debeant pro prædicta gabella. Saluo quod si dictæ carnes, quæ uenderentur extra dictas portas ultra summam duorum denariorum Mutinæ pro libra ponderis dictarum carniū soluatur, & solui debeat gabella prædicta: uidelicet pro libra pōderis dictarum carniū unus denarius Mutinæ conductori, uel officiali dictæ gabellæ. Et nihilominus ille qui dictas carnes uendere uoluerit per se, uel aliū, debeat ipsas carnes ostendere officiali dictæ gabellæ antequam squartet, retaliet, uel uendat ipsas carnes, sub pœna uiginti soldorum Mutinæ pro qualibet bestia grossa, & porco, & decem soldorū Mutinæ pro qualibet bestia minuta. Et credatur sacramento officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

De loco officialis dictæ gabellæ. Rub. XVI.

Item: quod conductor, uel officialis dictæ gabellæ, uel saltem unus eorum debeat stare quolibet die horis cōgruis ad locum deputatum ubi colligitur, uel colligetur dictum datium siue gabella prædicta ad respondendum, & satisfaciendum debitæ personæ aliquid pro dicta gabella iuste petentibus. Et pro officio dictæ gabellæ exercendo. Et quod ipsi conductores, uel officiales dictæ gabellæ possint scribere præcepta pignorandi, & detinendi omnes, & singulos soluere debentes pro prædicta gabella: & hoc de licentia d. Potestatis Mutinæ, uel officialis deputati super gabellis cōmunis Mutinæ;

De

De calo fiendo becarijs pro carniū. Rub. XVII.

Item: quod conductores, uel officiales dictæ gabellæ, qui pro tempore erunt teneantur, & debeant detrahere, & calare de quolibet, & pro quolibet centenariū carniū bouinarum, & porcinarū, uaccarum, & uitulorū, quæ uenduntur in ciuitate Mutinæ, uel districtu ad libram, seu ad libras tātum, quinq; libr. ponderis carniū: ita quod pro quolibet centenariū dictarum carniū quæ sic uenduntur ad libram, seu libras ut supra soluantur, & solui debeant tantum soldi septem, & denarij undecim Mutinæ.

Qualiter ius debeat reddi pro dicta gabella.
Rub. XVIII.

Item: quod officialis deputatus, seu qui pro tempore deputabitur super gabellā cōmunis Mutinæ, & quilibet alius officialis Mutinæ teneatur, & debeat uinculo sacramenti, & sub pœna decem librarum Mutinæ de suo salario pro qualibet uice, ad instantiam dicti conductoris, uel officialis dictæ gabellæ punire, & condemnare omnes, & singulos delinquentes in dicta gabella, seu contra ipsam gabellam prout, & secundū quod continetur in suprascriptis capitulis, seu modis dictæ gabellæ, summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij reiectis cauillationibus quibuscunque, in spectata sola ueritate, & quolibet die feriato, uel non feriato: ac etiam compellere realiter, & personaliter ad soluendum omnes, & singulos debentes aliquid soluere dicto conductori, uel officiali dictæ gabellæ occasione ipsius gabellæ, uel pro dicta gabella infra uiginti dies a die accusationis, & notificationis eisdem factæ nisi renuntiatus fuerit.

Quod officiales possint ire de nocte, & ferre arma.
Rubrica XIX.

Item: quod conductor, uel officialis dictæ gabellæ, & eorum quilibet, & cum uno socio possint ire per ciuitatem Mutinæ, uel burgos, de nocte cum lumine, uel sine lumine cum bulletta, & licentia Potestatis, causa exercendi officium dictæ gabellæ, non obstante aliqua erida alicuius officialis, uel rectoris communis Mutinæ. Et possint dicti conductores, uel officiales ferre arma tam de die q̄ de nocte sine aliqua pœna:

Qualiter credatur officiali gabellæ de fraudibus.
Rubrica XX.

Item: quod de omnibus, & singulis fraudibus, quæ per aliquem, uel aliquos committentur in dicta gabella, uel contra formam modorum dictæ gabellæ, stetur, & credatur sacramento conductoris, uel officialis dictæ gabellæ cum uno teste, uel sacramento duorum ex officialibus dictæ gabellæ.

De extrahentibus carnes extra districtum Mutinæ.
Rubrica XXI.

Item: quod quælibet persona ciuitatis Mutinæ, & districtus, seu quæuis alia persona, quæ uiderit, seu extraxerit, seu extrahi fecerit extra districtum Mutinæ aliquas ex dictis carnibus quomodocumque extrahat, uel conducatur, soluere debeat, & soluere teneatur dictam gabellam: uidelicet unum denarium Mutinæ pro qualibet libra parua carniū dictarum dictis officialibus.

De condemnationibus ad quas debeant peruenire:
Rubrica XXII.

Item: quod medietas quarumcunque condensationū, quæ fiēt in futurum de aliquibus personis fraudem committentibus in dicta gabella, uel de dicta gabella applicetur, & applicari debeat marsario d. Marchionis pro medietate, & pro alia medietate habentibus causam a dicto communi pro dicta gabella.

Item: quod omnia suprascripta capitula, & contenta in eis de uerbo ad uerbum intelligi debeant secundum propriam significationem prædictam uerborum. Et quod nullo modo possint interpretari impropriari, uel alio modo intelligi quàm suprascriptum est:

Statutorum, & prouisionum Gabellarum Ciuitatis
Mutinæ, ac additionis mercantiæ: Finis.

DECLA-

DECLARATIO CONTRA CONDUCTORES
piscium Comacii, pro Magnifica Com-
munitate Mutinæ.

Magnifici, & generosi Dñi Factores Ducales generales
Domini obseruandis.

N controuersia uniuersitatis Mutinæ contra conductores piscium Comacii, Adhibita diligenti consideratione ad omnia, quæ pro utraq; parte sunt adducta, censeo iuris esse ut infra.

Conductores teneri ad soluendum uestigal uniuersitati, quod tamen non soluetur, ubi conductio erit in camera. Item ad præstandum pensionem domus piscariæ. Et pariter ab submitte-
dos pisces minutim per eos uendendos moderationi conseruatorum, secundum petita per uniuersitatem: & ita refero, & consulo,

Renatus Cattus.


Attestor ego Maurelius Taurini notarius publicus Ferrariensis, & coadiutor Magnifici Sarracchi Ducalis Camerae scribae me fuisse rogatum sub die 30. mensis Aprilis 1558. de suprascripta declaratione facta per magnificos DD. Ducales factores generales cum consilio præfati D. Renati Ducalis Camerae consulti modo, & forma de quibus in consilio prædicto, & hoc pro determinatione, & declaratione controuersia uertentis inter eam Ducalem Cameraam, & conductores præsentis piscium Comacii ex una, & Magnificam Communitatem Mutinæ ex altera, de & super terminatis in ea suprascripta declaratione seu consilio: Et in fidem, præsentem attestationem manu mea propria scripsi, & subscripsi hac die 2. Maij 1558. Idem Maurelius Taurini.

FINIS.



M V T I N A E
A P V D P A V L V M G A D A L D I N V M.
M. D. L X X V.

* STIMA DELLA *
 GABELLA DI MODONA
 SOPRA LE MERCANTIE.

| | | | | | |
|---|---|----|----|----|---|
|  | Bobo la libra | l. | 0 | 4 | 0 |
| | Agucchie da rete la dozzina | l. | 0 | 1 | 6 |
| | Agucchie da uelle piccole il ceto | l. | 0 | 1 | 6 |
| | Agucchie da cucire il migliaio | l. | 0 | 10 | 0 |
| | Agucchie da imbottire il cento | l. | 0 | 2 | 0 |
| | Agucchie da pettini da lana il cento | l. | 1 | 2 | 0 |
| | Agli, & cipolle il carro | l. | 15 | 0 | 0 |
| | Agnicasti la libra | l. | 0 | 12 | 0 |
| | Agarico la libra | l. | 2 | 10 | 0 |
| | Alpto moscato la libra | l. | 0 | 6 | 0 |
| | Aloe epatico la libra | l. | 0 | 14 | 0 |
| | Aloe succotrino la libra | l. | 0 | 14 | 0 |
| | Ameos la libra | l. | 0 | 4 | 0 |
| | Amomo la libra | l. | 0 | 2 | 0 |
| | Amido la libra | l. | 0 | 6 | 0 |
| | Anguille uiue a peso il cento | l. | 4 | 0 | 0 |
| | Anguille morte a peso il cento | l. | 3 | 0 | 0 |
| | Anguille salate a peso il cento | l. | 6 | 0 | 0 |
| | Amicuborum il cento | l. | 3 | 0 | 0 |
| | Antimonio la libra | l. | 0 | 6 | 0 |
| | Anisi crudi a peso il cento | l. | 3 | 0 | 0 |
| | Anacardi la libra | l. | 0 | 4 | 0 |
| | Andronici la libra | l. | 0 | 2 | 0 |
| | Anime di melloni con guscia la libra | l. | 0 | 3 | 0 |
| | Argento uiuo la libra | l. | 0 | 12 | 0 |
| | Argento sullimato la libra | l. | 0 | 15 | 0 |
| | Argento filato d'ogni sorte la libra | l. | 0 | 18 | 0 |
| | Argento in pezzi la libra | l. | 12 | 0 | 0 |
| | Argento lauorato la libra | l. | 0 | 6 | 0 |
| | Argento in pezzi da rodelle a num. il cento | l. | 0 | 10 | 0 |
| | Arecalco il cento | l. | 18 | 0 | 0 |
| | Arcioni da basto il cento | l. | 18 | 0 | 0 |
| | Arsenico la libra | l. | 0 | 5 | 0 |
| | Anchieue il centenaro | l. | 6 | 0 | 0 |

A ij

STIMA DELLA

| | | | | | |
|---|----|----|----|---|---|
| Armoniaco la libra | l. | 0 | 6 | 0 | 0 |
| Archibugi l'uno | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |
| Aste lunghe da fanti a piedi il cento | l. | 30 | 0 | 0 | 0 |
| Aste da giostrare il cento | l. | 5 | 0 | 0 | 0 |
| Aste da cavallo il cento | l. | 30 | 0 | 0 | 0 |
| Aste piccole il cento | l. | 9 | 0 | 0 | 0 |
| Asfa fetida la libra | l. | 0 | 16 | 0 | 0 |
| Asfalto la libra | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |
| Acatia la libra | l. | 0 | 1 | 0 | 0 |
| Asse da scartazzi a numero, a paro il cento | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |
| Astrologia la libra | l. | 0 | 2 | 0 | 0 |
| Azzaio in riga il faldello | l. | 7 | 0 | 0 | 0 |
| Azuro d'Allemagna la libra | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
| Arme da hasta senza asta l'una | l. | 0 | 10 | 0 | 0 |
| Arrenghe a peso il cento | l. | 6 | 0 | 0 | 0 |
| Aqua rosa il cento. | l. | 5 | 0 | 0 | 0 |

B

| | | | | | |
|--|----|----|----|---|---|
| Bombaggine la pezza | l. | 4 | 0 | 0 | 0 |
| Bombaggio saldo detto cotone la libra | l. | 0 | 2 | 0 | 0 |
| Bombaggio filato tinto la libra | l. | 0 | 8 | 0 | 0 |
| Bombaggio filato bianco la libra | l. | 0 | 4 | 0 | 0 |
| Bacili d'ottone a peso il cento | l. | 25 | 0 | 0 | 0 |
| Basole, e boccali di uetro a num. il cento | l. | 2 | 10 | 0 | 0 |
| Badili di ferro a numero il cento | l. | 15 | 0 | 0 | 0 |
| Barbari la libra | l. | 0 | 3 | 0 | 0 |
| Baldi la libra | l. | 0 | 3 | 0 | 0 |
| Ballotte da grisuoli a peso il cento | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
| Balla marina | l. | 0 | 3 | 0 | 0 |
| Banda d'ottone la libra | l. | 0 | 5 | 0 | 0 |
| Banda stagnata la libra | l. | 0 | 2 | 0 | 0 |
| Bauella di colore la libra | l. | 3 | 0 | 0 | 0 |
| Ballestre d'azzaio l'una | l. | 0 | 8 | 0 | 0 |
| Ballotte da tingere a peso il cento | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
| Banda di ferro a peso il cento | l. | 5 | 0 | 0 | 0 |
| Bolo arminio la libra | l. | 0 | 2 | 0 | 0 |
| Belzouino la libra | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |
| Berette doppie senza grana l'una | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |

GABELLA:

| | | | | | |
|---|----|----|----|---|---|
| Berette scempie senza grana l'una | l. | 0 | 10 | 0 | 0 |
| Berette doppie di grana l'una. | l. | 2 | 0 | 0 | 0 |
| Berette scempie di grana l'una | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
| Bem bianco la libra | l. | 0 | 4 | 0 | 0 |
| Bem rosso la libra | l. | 0 | 3 | 0 | 0 |
| Bedelia la libra | l. | 0 | 12 | 0 | 0 |
| Beuine, & Conche piccole a num. il cento | l. | 6 | 0 | 0 | 0 |
| Beuine, & Conche grande a num. il cento | l. | 15 | 0 | 0 | 0 |
| Bistorni da taglieri a numero il cento | l. | 1 | 0 | 0 | 0 |
| Bistorni da cadini a numero il cento | l. | 3 | 0 | 0 | 0 |
| Bistorni da buttazzoli a numero il cento | l. | 3 | 0 | 0 | 0 |
| Bigonzi il paro | l. | 0 | 10 | 0 | 0 |
| Biacca a peso il cento | l. | 7 | 0 | 0 | 0 |
| Bifello a peso il cento. | l. | 25 | 0 | 0 | 0 |
| Binde di bombaggia l'una | l. | 0 | 1 | 0 | 0 |
| Bistorno la libra | l. | 0 | 3 | 0 | 0 |
| Bichieri a numero il migliaio | l. | 4 | 0 | 0 | 0 |
| Borazzo a numero di brazza il cento. | l. | 8 | 0 | 0 | 0 |
| Botte di legname nuoue il quartaro | l. | 0 | 10 | 0 | 0 |
| Botte di uno, & doi quartari | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
| Boraxe in preda la libra | l. | 1 | 16 | 0 | 0 |
| Boraxe in pasta la libra | l. | 1 | 8 | 0 | 0 |
| Bombaggine bianche la pezza | l. | 4 | 0 | 0 | 0 |
| Boccaline di uetro a numero il cento | l. | 1 | 10 | 0 | 0 |
